



**De Ortv Et Progressv Ac Viris Illvstribvs Ordinis
Gloriosissimæ Dei Genitricis, semper Virginis Mariæ de
monte Carmelo**

Trithemius, Johannes

Coloniae Agrippinae, 1643

Epistola Oianis Trithemij Abbatis Spanheimensis, inopus subiectum de
ortu & progressu, sine de laudibus Ordinis Gloriosissimæ Dei genitricis
semper Virginis Mariæ de monte Carmelo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64495)



EPISTOLA
 IOANNIS TRITHEMII
 ABBATIS SPANHEIMENSIS
 in Opus subiectum
 DE ORTV ET PROGRESSV,

Sive

DE LAVDIBVS ORDINIS
 Gloriosissimæ Dei Genitricis semper
 Virginis MARIE de Monte
 Carmelo.

REVERENDO IN CHRISTO
 Patri, D. Ioanni VVirici de Nussia, Ordinis
 Fratrum B. Mariæ semper Virginis de Monte
 Carmelo, per inferiorem Alemaniam Prouin-
 ciali: ac cæteris Patribus in Conuentu
 Agrippinensi capitulariter
 congregatis,

IOANNES DE TRITTENHEIM ABBAS
 Spanheimensis,

Salutem & Charitatem.



Ama refert Veterum, Parthos
 Reges neminem salutauisse abs-
 que muneribus. At mihi qui-
 dem (Religiosissimi Patres) ve-
 strum salutandi Collegium, animus est: sed

A

munera

munera condigna officio desunt, quibus amoris in vos mei sinceritas declaretur. Quid igitur facerem? Nunquid propter inopiam muneris fœdus rumpitur charitatis? Absit. Vacuus ergo salutabo? Nequaquam. Quid igitur feram? Munera. Quæ munera pauper & inops? Charitatis. Non aurum, non argentum, non lapides preciosos; sed verba & litteras, quibus nutriatur ordo pietatis. Nuper itaque precibus & instantia Religiosorum Patrum Ioannis Lapidæ de Colonia Prioris Crutzenacensis, & Iacobi de Cuba Lectoris impulsus, scripsi in laudem Carmelitici Ordinis breue Opusculum, quod loco munusculi vobis mitto examinandum. Et quanquam verecundum satis mihi fuerit, coram eruditissimis in omni eruditione & doctrina Viris tanti Ordinis voluisse laudare excellentiam: cum inter vos plures nouerim eloquentissimos, qui id melius quam ego facere possint: malui tamen iudicari sermone imperitus, quam charitate infructuosus. Nam etsi laudibus tanti Ordinis Opusculum nostrum longè sit inferius, poterit tamen afferre nonnihil vtilitatis, dum is qui laudator Religionis vestræ esse voluit, nullam propriæ laudis suspensionem acquisiuit. Credo enim, quod laudes & honorem excellentissimæ Religionis vestræ ab alijs potius quam à proprijs debeatis accipere.

Susci-

Suscipite nunc itaque, optimi Patres, destinatum paruitatis meæ Opusculum: in quo non quid fecerim, sed quantum voluerim pro honore Ordinis Carmelitici, pensate. Si quid vero emendatione dignum duxeritis, ut libet, corrigite: vel, si placet, mihi emendandum demandate. Variæ siquidem occupationes rei familiaris non sinebant me limam omnimodæ venustatis apponere, neque secundum institutionem meam singula ordinare. Sicubi erratum est, negligentia causam dedit, non voluntas. Vos autem, venerandi Patres, Apologiam faciliè suscipitis; si amorem in vos meum, & sollicitudinem pastoralis curæ pensetis. Pro maximis autem computabo delicijs, si vobis affectum meum erga Ordinem cognouero non displicuisse. Opto vos in Domino semper valere, memores nostri. Datum raptissimè ex Monasterio nostro Spanheim, ix. Kalend. Maij, Anno Domini

M.CCCC.XCII.



IOANNIS TRITHEMII
ABBATIS SPANHEIMENSIS
IN LIBRUM DE ORTV ET
Progressu Sacri Ordinis Fra-
trum Carmelitarum.

P R Æ F A T I O.

Recibus & instantia quorun-
dam Patrum de Ordine Fra-
trum B. MARIE semper Vir-
ginis de Monte Carmelo, subie-
ctum opus aggressus sum: in quo
breuiter laudes eiusdem sacratissimæ Religio-
nis, quantum rei familiaris cura ingenijq; vi-
res per exigua sinebant, describere constitui:
& quemadmodum à foundationis suæ princi-
pio vsque in hunc diem profecerit, demonstrare
compendiosius elegi. Verum, cum non sit specio-
sa laus in ore peccatoris, vehementer timeo, ne
Ordinis tam excellentis dignitas, me à tardita-
te obfuscetur: fiatq; mihi, quod imperitis ora-
toribus solet contingere: qui præclaras res sua
imperitia solent deturpare. Enimuero, cum
parcius alicubi scripisse videor, non sum esti-
mandus rebus defecisse, sed verbis. Maxima
quippe Carmelitici Ordinis excellentia est: que
non

non modo meam, sed Demosthenis quoque facundiam & eloquentiam procul excedere videatur. Varij sunt in Ecclesia Dei Ordines: huic tamen pra omnibus tantum conceditur, ut titulo Beatissima DEI Genitricis & Virginis MARIAE decoretur. Cum ergo maximis rebus laudandis ingenia parua non sufficiant, quid mirum, si ego in celebrando preclarissimum Ordinem videar deficere? Satisfeci quidem amicis urgentibus: quanquam minus potuerim, quam volebam. Adhuc Carmelitani Ordinis in pectore viget amor: adhuc laudandi superabundat materia: sed pra rei excellentia deficiunt verba.

Magnam huius Ordinis institutio laudem promeruit: quam Regina caeli suo vocabulo insigniuit. O vere beata unio, quae tanta Parentis munita presidio in aeternum firma consistit! Sub Dei Matris protectione Carmeliticus Ordo quiescit: & idcirco nulla unquam aduersa formidabit. Gaude decus CARMELI: te mundi Sator ob Matris honorem diligit: te, Domina mundi, Virgo MARIA, ut oculi pupillam, custodit: te superna patria ciues colunt, amant & laudant: nomen & honorem Imperatricis suae in te sedulo venerantes. Recti quoque diligunt te, memores pulchritudinis tuae. Te nemo veraciter diligit, nisi bonus: nemo institutionem tuam odio habet, nisi peruersus. Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis Euan-

gelij pacis, quam venusta facies, quam elegans forma, quam decorus aspectus. Beati cultores tui, qui ambulant in semitis veritatis, qui contemptis mundi rebus, tua præcepta deuota sinceritate custodiunt. Maior es, o CARMELI sacrata Religio, quam ut verbis meis valeas prædicari. Silere à tuis laudibus non valeo, quoniam quod virium negat infirmitas, charitas subministrat.

Iam nunc igitur, vos amici, præsentis Operis opportuni exactores de manu vestri, Ordinisq; Carmelitici amatoris, diu optatum munus suscipite: & Deum Maximum pro meis reatibus sedulo exorate. Habetis ex me postulatam Opusculum, in quo vestris petitionibus satisfeci, sed minime nostra voluntati. Plus enim pro decore vestri Ordinis volumus, quam possumus. Deinde vos Fratres, sub Virginis Matris chlamyde militantes compello: vos precor & oro, ut si deuotio in Ordinem vestrum nostra vobis videtur laudabilis, pro nostris ad Dominum culpis interueniatis: nobisq; Dei Genitricem vestre Religionis Patronam placabilem reddatis atque propitiam. Hoc inquam agite, ut nostri merces Operis amor fraternus sit, & oratio unitatis.

* *
*



LIBER I.

IOANNIS TRITHEMII
ABBATIS, DE ORTV ET
Progressu Ordinis Fratrum
Carmelitarum.

CAPVT I.

De principio Ordinis.



DE Ordine Fratrum Beatissimæ DEI
Genitricis & Virginis MARIÆ de
Monte Carmelo, auxiliante Domi-
no, tractaturi, ab illo differendi su-
mam ~~et~~ ordium, qui eiusdem Re-
ligionis obtinet principatum. Tunc
enim iucunda poterit esse lectori sacratissimi Ordi-
nis huius cognitio, si eum instituentis non lateat
celstudo. Enimuero singuli Ordines suos habent
præceptores & principes, fundatores & viuendi sub
regula moderatores. Alij *Basilium* sui Ordinis ha-
buere principem, alij *Augustinum*, alij *Pachomium*,
nos *Benedictum*, Prædicatores *S. Dominicum*, Fratres
Minores *Franciscum*. At huius sacratissimi Ordinis
institutor fuisse ELIAS Propheta maximus dicitur, *Elias sum-*
principes filij Prophetarum ex veteri Testamento *dator est,*
memorantur, cuius propagator sanctus Propheta *Elisa^o pro-*
ELISÆVS extitit, quem sacratissima DEI Genitrix *pagator Or-*
Virgo MARIA suo vocabulo insignitum ab æmulo- *di. Carm.*
rum

§ rum inuidia defendit. *Qui gloriatur, in Domino gloriatur*, Ordinis sui Principes vnusquisque imitari pro posse desideret, suos institutores moribus quisque sequatur, non friuolis sermonibus. Nemo in Ecclesia Dei de Ordinis sui excellentia contendat, nemo æmulationis studio alium prouocet, nemo alteri detrahat, nemo famam alterius elationis malo corrumpat. Stultum est de alterius sanctitate gloriam querere, & de aliena potius quam sua virtute præmium expectare. Sunt nonnulli bonorum studijs inuidi, qui sacrum Carmelitarum Ordinem impio dente corrodunt & lacerant, qui de prærogatiua virginæ tituli plurimum indignantur, Carmelitas velut indignos iudicantes, qui *Fratres Beatissima Dei Genitricis & Matris* appellentur. Alij antiquitatem huius sacratissime Religionis ignorantes, Prophetas Dei summi illius negant Fundatores extitisse & Principes; tanquam apud veteres nulla fuerit Religio, quæ in posteros cum Ordinis nomine deriuetur. Et horum in primis fauente Virgine MARIA sermones obstruendi sunt; & sic demum ad laudem Ordinis continuanda oratio. Nisi enim in principio falsæ opinioniones stultorum esse videntur, semper nobis quasi quidam latrunculi parabunt insidias. Nunc ergo quid nobis stolide laudator tui opponis? Quid Ordini sancto imponis? Quid habes contra Religionem hanc, vnde moueri queas? Profer, vt audiamus.

Putasne iuste indignaris Fratribus Carmelitis, famulis Genitricis DEI MARIE? Quid est, quod tibi in eorum Ordine displicet? GENVS, an SPECIES? NOMEN, an VIRTVS? VITA, an MERITVM? Si GENVS, audi Scripturam; *Dei enim & genus sumus. Vos, inquit Archiapostolus, genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum.* Dei plantatio est, caue ne quid contra Sanctos asperè loquaris. Elegit sibi Deus Ordinem Carmelitarum ob suum Matrisq; honorem; qui

Act. 17.
1. Pet. 2.

qui tibi si displicet, omnipotentis ordinationem impugnas. Si SPECIES displicet, audi quid Dominus dicat: *Species agri mecum est.* Hic est ager, cui bene- *Psal. 49.*
dixit Dominus, in quo crescunt virtutum lilia, & flores pietatis. Huic agro tam sancto, tam fructifero, tamq; Deo dilecto, nemo benedictus maledicere potest. Si NOMEN virgineo trophæo splendidum displicet, stultus es; qui rerum maiestate posthabita de vocabulo altercaris. Nomen benedictum Carmelitæ possident, cui qui maledixerit, maledictionibus subiacebit. Si VIRTUS Fratrum ad æmulationem te permouet, inuidus es, qui alterius bonitate torqueris. Denique, qui virtutem odit in proximo, *Iniuriam*
 iniuriam facit Deo, qui merita largitur & præmia. *facit Deo,*
 Si autem VITA Carmelitarum tibi displicet, dic quorum? *qui virtutum*
 Quorundam, an omnium? Si omnium, temere *te odit in*
 rarius es, qui tot Fratres vna sententia condemnas, *proximo,*
 à quorum sancta conuersatione tu quoque adhuc procul distas. Omnibus enim historias veterum *Ordo Carmelitarum*
 gentibus perspicuum est, quam multi sanctissimi *multos habet Sanctos.*
 vi-ri in hoc Ordine claruerunt. Nec dubium est hodie complures deuotissimos Fratres inueniri, qui Ordinem istum suis virtutibus gloriosissime illustrant. Si vero quorundam Fratrum infirmitas te scandalizat, impius es; qui culpam paucorum diffundis in omnes, teq; longe à perfectione Sanctorum iacere indicas, dum aliorum defectus impatienter portas.

Sed scio, quamobrem contra sanctum Ordinem Carmelitarum mouearis. Duo sunt, quæ tibi in eo *Respondet*
 displicent: quorum alterum est, quod se *Fratres B. ad duas ca-*
 MARIÆ *semper Virginis* appellant: alterum, quod *uillationes*
Eliam & filios Prophetarum Ordinis sui Fundatores cõtra *Ord.*
 & Principes prædicant. Hæc sunt capita partis ad- *Carm,*
 uersæ, hæc sunt fundamenta commotionis alienæ. Sed ô stulta humanæ conditionis præsumptio, quæ in suæ humilitatis consideratione non potest tranquilla consistere, sed semper nititur sui comparem æmulationis prauæ studio superare. Cur inuides

Carmeli- Fratribus Carmelitis Ordinis sui titulum, quem eis
ta cur Fra contulit Regina cœlorum? Enimvero, si Domina
tres B. Vir. mundi le Carmelitis sororem exhibere voluit, quis
ginis di- ei contradicere potest? An non licet ei quod vult
cantur, facere? *An oculus tuus nequam est*, quia ipsa bona
 est? Noli turbari, noli irasci, noli frendere dentibus;
 nemo Reginam cœli prohibere potest, quo minus
 Carmelitas suos Fratres appellet & Filios. Non fri-
 uola loquor, non falsa; cum Summi Pontifices Ro-
 mani, Petri Successores, Carmelitas non aliter ap-
 pellare consueverint, quam *Fratres Dei Genitricis*,
 Reuolue generalium Conciliorum acta, & Bullas
 Apostolicas, & nunquam præter honorem *Mariani*
 tituli Carmelitas appellatos inuenies. An hoc tibi
 parum esse videtur, & maius à me testimonium re-
 quiris? Non est maius testimonium Ecclesiâ Dei,
 quoniam quicquid approbauerit illa, alterius testi-
 monio non amplius indigebit. Quod si te quoque
 huius excellentia tituli delectat, quid sanctis Fratri-
 bus indignaris?

Assume, ostenta, prædica: ipsi te minime prohi-
 bebunt illæsi. Veruntamen scias, quoniam quicquid
 assumitur, proprium non putatur. Fac opera Sororis,
 & Frater eris.

Sanctissima etenim DEI Parens Virgo MARIA,
 communis Fidelium Mater est; nullum penitus a-
 spernatur deuotum. Age itaque, vt libet, soli Fra-
 tres Carmelitici Ordinis hunc virginei patronatus
 titulum auctoritate vniuersalis Ecclesiæ meruerunt,
 quem nulla vnquam æmulatione amittent. Quam-
 obrem vero Fratres B. MARIE semper Virginis ap-
 pellati sint, suo loco consequenter tractabimus. Ad
 secundam calumniatoris positionem nunc respon-
 dendum est, qua Fratres Carmelitas de ELIÆ
 ac Prophetarum successione impru-
 denter exasperat.

* * *

CAP. II.

CAPVT II.

*Quemadmodum Elias Propheta Domini Fundator ex-
titerit Ordinis Carmelitarum.*

ELIAS Propheta Domini eximius rectè & catho-
licè Fundator Carmelitanæ Religionis dicitur,
si eius facta ex Regum voluminibus absque in-
uidia discutiantur. Enimvero ipse montem *Car-
meli* primus inhabitasse legitur, à quo Fratres *CAR-
MELITÆ* nominantur.

Triplici autem ratione ostenditur, quod istius
obseruantia Princeps ELIAS habeatur: a Loco vi-
delicet, ab HABITU, & CONVERSATIONE. Cum er- *A loco pro*
go nomen Ordinis a Loco sumitur, merito Carme- *bat Car-*
litarum Princeps ELIAS memoratur; quod mons *melitas ab*
Carmelus, cuius ille habitator extitit, huic Ordini *Elia ori-*
vocabulum dedit. Non loquor vana, sed testimo- *ginem ha-*
nijs Scripturarum comprobata profero, cum ELIAM *here.*
Prophetam eundem locum longe ante Christi Na- *3. Reg. 18.*
tiuitatem inhabitasse dico, qui Fratribus Carmeli-
tis Religionis suæ nomen dedit & exordium. Deni-
que, si veterum testimonijs credendum est, post E-
LIÆ raptum & mortem *Elisai, Filij Prophetarum*
per successionem generationis montem *Carmelum*
inhabitantes, claris vacuum nunquam sinebant esse
cultoribus. Allegationes testimoniorum super his
doctis viris non sunt necessariae, indoctis autem su-
perflue. Stultum est enim tempus allegationibus in-
sumere; cum ea, quæ dicuntur, nemo doctus debeat
ignorare. Veruntamen, ne videar quæsisse subterfu-
gium, dubitanti subiectos voco in testimonium.

Sanctissimus ille Patriarcha Ierosolymorum
Ioannes, qui claruit temporibus Adriani Papæ I.
quid aliud in libro suo de principio & profectu hu-
ius Ordinis exprimit, nisi quod ELIAS Fundator e-
ius fuit S. *Cyrillus* Græcus Episcopus Alexandrinus,
Vilhelmus de Samuco, *Sibertus* de Beka, *Philip-
pus* Riboti, *Ioannes* Bachonis, viri doctissimi atque
inte-

integerrimi, quid aliud scribunt de hoc Ordine, quam quod ab ELIA exordium sumpserit? Si nobis in his, quæ de hoc Ordine scribimus, fidem adhibere dissimulas, ad scripta prædictorum Patrum recurras, & nos falsitatis arguere non poteris. Consentit ergo nomen loci, ut ELIAS Fundator sit Ordinis Carmelitici. Vnde non sunt vituperandi Fratres huius sacratæ Religionis, quod ELIAM & filios Prophetarum sui Ordinis Fundatores & Principes asseuerant.

2. ab habitu.

4. Reg. 2.

Carmelita mutarunt habitum

Et Cistercienses.

3. à conversatione.

Quantum vero ad rationem HABITVS pertinet, in ELIAM Ordo Carmelitarum pulchra transfiguratione consentit. Legimus ipsum amictum fuisse pallio, quo tangente Iordanis obstupuit, & se pedibus transeuntis calcabilem dedit. Sic *Eliseus*, sic *Filij Prophetarum* imitatores ELIÆ facti sunt, qui non solum ei loco, sed & habitu similes permanserunt. Quod si nobis de colore putas inferre calumniam, quanquam sit vile argumentum, quod de inuisis coloribus disputat, ad veterum historias te vocamus, quibus in primitiua Ecclesia Fratres Carmelitæ instar ELIÆ virgulatis pallijs leguntur fuisse induti. Nec te offendat mutatio coloris, cum non sit de substantia Ordinis. Potest enim mutari habitus, integritate Ordinis permanente. Sic etenim *Cistercienses*, griseum habitum commutantes, nigrum assumpserunt, Religione pristina nihilominus perseverante.

Ratione autem CONVERSATIONIS ELIAS Fundator Ordinis Carmelitarum extitit, qui eos in Monte *Carmelo* sanctis moribus præcessit. Quid fecit ELIAS, quod Fratres Carmelitæ pro posse non imitentur? Incoluit ille eremum, vasta solitudinis dilexit, soli Deo & sibi vacavit. At Fratres Carmelitæ ab exordio suæ institutionis vitam solitariam in monte *Carmelo* duxerunt, soli Deo vacare per contemplationis secretum eligentes, donec tandem nouissimis pene temporibus Saracenorum persecutione

tionem de eremo expulsi, iubente Sede Apostolica in
urbibus sunt locati. Vnde & antiquitus *Eremita mon-*
tis Carmeli vocabantur. Insuper, sicut ELIAS Dei
voluntatem annunciauit, tyrannos arguit, impios
trucidauit: sic Fratres Carmelitarum, quantum ad eos
pertinet, verbum Dei omnibus praedicant, tyrannos
arguunt, impios carnalium desideriorum motus
per monita salutis in se & in alijs Dei virtute occi-
dunt. ELIAS virgo mente & corpore, nullius cor-
poris coitus macula inuenitur fuisse permixtus; sed
tanta puritate coram Deo & hominibus emicuit, vt
mortem iam per annos bis mille quadringentos tri-
ginta differre meruerit. Fratres autem Carmelitarum
sancti Principis exemplo instructi ad perpetuam se
castitatem voto Religionis obligant, non nubent
neque nubentur, Ecclesiam Dei vita & doctrina æ-
dificant; fugatis, quantum permittit humana fragi-
litas, vitijs, in se & in alijs virtutes plantant. Et quan-
quam non sit eis possibile ELIAM in omnibus imi-
tari, tamen si paritas Conuersationis recta lance
attenditur, ELIAS Carmelita primus & optimus
fuisse comprobatur.

*Elias vir-**go.**Prim' Cas-
melita.*

Quid nobis iam æmulatio praua obijcies, quid
ELIAM Carmelitam extitisse neges? Si dicas E-
LIAM Ordinis Carmelitarum idcirco non extitisse
Principem & Fundatorem, quia Regulam eorum
non sit professus, non magnopere aduertimus.
Quid enim, si Regulam eorum non habuit, qui an-
te Regulam fuit? Bene, inquis. Si ante Regulam
fuit, Ordinis Carmelitarum Fundator quomodo
extitit? Fundator enim Ordinis esse non potuit, si
Regulam non dedit. Sed non est vera conclusio,
quam contraria multorum consuetudo infringit.
B. Dominicus Ordinem Prædicatorum instituit, &
tamen Regulam *Augustini* non dedit, sed accepit.
Sic Ordo *Cisterciensis*, sic *Carthusiensis*, sic cæteri
pene innumerabiles, Principes suæ institutionis a-
lios habuerunt, atque alios Regulæ datores. Sed

*Et si Regu-
lam non
dederit.*

ne

ne causeris ELIAM præcessisse Regulam Carmelitarum, & ideo non potuisse Ordinis esse Fundatorem, noueris plures in Ecclesia Dei olim sine certa regula Ordines extitisse, qui successu temporis regulam assumpserunt.

Multis enim annis Ordo S. Hieronymi in Ecclesia Christi viguit, qui tamen Hieronymi regulam non accepit, donec Frater *Lupus Oliueti Hispanus*, eiusdem Ordinis Generalis, tandem sub Martino Papa V. ex varijs eiusdem Patris dictis nouam regulam comportauit. Denique multos Ordines sub quorundam Sanctorum titulis esse cognouimus, de quorum regula nihil inuenimus. Sed de his hæcenus.

Maximum *Elia* institutionis argumentum est, testimonium antiquitatis, multis veterum scriptis celebratum. Fratres enim Carmelitæ prius extiterunt, quam regula; quoniam exemplo ELIÆ & *Prophetarum* ipsi sibi met viuenti regula fuerunt. Lege vitam ELIÆ ac *Filiorum Prophetarum*, & inuenies illos ante regulam, regulariter vixisse. Nec refert, si & alios quoque Religiosos ea facere dixeris, quæ Carmelitas exemplo ELIÆ facere diximus, quia etsi moribus ELIAM ceteri pro posse sequantur, tamen soli Carmelitæ non solum moribus sed & habitu & loci vocabulo ipsum imitantur.

Elia pater Sabacha.

Mirabilis eius visio.

Legimus in Historijs, quod *Sabacha* pater ELIÆ nondum nati viderit in somnis viros candidatos salutantes eum, per quos recte Fratres Carmelitas accipimus, quos habitu & conuersatione candidos esse cognoscimus. Hi genitorem ELIÆ *Sabacham* salutant, quia illius exemplo inhaerentes quasi fratres eius se exhibent, dum *Sabacham*, qui interpretatur *reticulum*, candidis moribus salutant. Quid autem aliud per *Sabacham* patrem Elia intelligitur, quam *reticulum* sanctæ Religionis Carmeliticæ, in qua multi saluandi capiuntur? A tempore siquidem ELIÆ & *Elisei* Prophetarum Dei, vsque ad Christi natiuitatem plures in montem *Carmelum* amore solitudinis

dinis incoluerunt, sicut ex veterum historijs aperte demonstratur. Nam post Passionem Domini prædicantibus fidem Apostolis, inter multos qui tunc conuertebantur, etiam *Carmeli* montis *Eremita* conuersi sunt, qui deinde crescente numero Fidelium in *Carmeli* montis latere in honorem Dei Genitricis & Virginis *MARIÆ* Capellam extruxerunt: unde & vocabulum loci & Religionis recipere meruerunt. Nec mireris, si etiam Monachos ante Christi natiuitatem in *Israël* fuisse dixerim, qui montem *Carmelum* & deserta solitudinis inhabitauerunt: quandoquidem & apud Gentiles in *Gallia* nostra *Belgica* Monachatus celebris fuit, cuius Professores antiquitas *Druides* appellauit. Horum in urbibus & villulis aliqui morabantur, aliqui montes syluasque inhabitabant, omnes de scientia rerum naturalium philosophabantur. Erant in maxima auctoritate populi, ad quorum omnia nutum gerebantur. Vita illis abstracta & continentissima fuit, ideo ut nemo sinistrè loqui aliquid de ipsis præsumeret. Potestatem habebant excommunicandi rebelles, & rursus absoluendi obedientes. Omnimoda quoque immunitate gaudebant. Cæterum, ne multis agam, qualis istorum conuersatio fuerit, *Cæsar* in *Commentarijs* expressit. Nam præter fidem & vnius Dei notitiam, actione se Monachos exhibebant. Si *Druides* ante natiuitatem Christi Gentiles solitariam ac Monasticam vitam egerunt, quid mirum, si ex *Iudæa* Fideles montis *Carmeli* *Eremitæ* fuerunt: Denique, si de Monachis, quæ ante Christi natiuitatem in *Iudæa* floruerunt, altiora scire desideras, historias *Philonis Alexandrini* & *Iosephi Ierosolymitani* *Iudæorum* legas: & quales eo tempore fuerint, inuenies.

*Carmeli-
ta primi
ab Aposto-
lis conuersi.*

* * *

CAP. III.

De Conuersatione Filiorum Prophetarum, aliorumque
Eremitarum ante Natiuitatem Christi
in monte Carmelo.

Legimus in Historijs veterum, primum *Samuelem* conuentum instituisse Prophetarum, quem & *Cuneum* appellabant. Deinde translato *ELIA* per aëra eius duplex in *Elisæo* spiritus quieuit; qui & ipse cum *Filijs Prophetarum* montem *Carmelum* temporibus certis incoluit, & viuere ad normam *ELIÆ* summopere curauit. Ex his quidem multi suis nominibus per Patres recensentur, de quibus nostrum iudicium non inconsultè suspendimus, eorundem testimonio contenti. Hinc de *Monachorum* institutione dicit *Hieronimus*: *Noster Princeps Elias est, Dux noster Elisæus, & filij Prophetarum, qui in agris & solitudine habitantes, habitacula sibi construebant iuxta fluentia Iordanis.* Erant isti viri multarum virtutum, charitate maximi, deuotione & integritate summi, qui in contemplatione Dei suspensi, mundum cum voluptatibus suis contempserunt. De quibus veraciter dicit *Apostolus*: *Circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis, e-gentes, angustiati, afflicti; quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes, in montibus, in speluncis, & in cauernis terra, qui per fidem regna vicerunt: operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones.* Isti sunt viri fortes atque prudentes, qui *Monasticæ Conuersationis* fundamenta iecerunt, qui post *ELIAM* montem *Carmelum* inhabitantes se *Habitu & Conuersatione* Deo dignos exhibuerunt. Ab his *Ordo Carmelitarum* initium sumpsit & vocabulum. Ipsi enim *Ordinis Carmelitici* conuersationem legis tempore seruauerunt, à quibus nostri *Carmelitæ* sub gratia & Nomen acceperunt & *Ordinem*. Nihil in his omnibus nisi tempus discrepat: merito vnus *Ordo Carmelitarum & Eremitarum* sub lege & gra-

1. Reg. 16.

4. Reg. 2.

Hier. ep. 13

ad Paulin.

Hebr. 11.

Primi fun-
datores mo-
nastica vi-
tæ.

tia

tia dicitur, qui vnus Dei fide & cultu coniungitur. Neque autem cæteris Ordinibus titulus *Elianus* conuenit; cui etsi conuersatio vitæ congruat, tamen nomen loci non concordat. Antiquissimus ergo omnium Ordinum in Ecclesia Dei Carmeliticus est, à quo cæteri Ordines principium & formam suæ institutionis acceperunt. Enimvero, quantum attinet ad auctoritatem veterum Scripturarum, *Mosis* instituti propositi princeps fuit *Elias* & discipuli eius: qui relictis urbibus sibi casulas circa Iordanis fluentia formã ac in deserto construxerunt. Huius sub gratia propositi primus *Baptista Ioannes* extitit, qui à teneris annis solitudinem deserti inhabitauit. Nec putes sanctos Prophetas Domini, boni solitudinis ignorasse magnitudinem, cum non fuerit minimus eorum, qui dixit: *Bonum est homini, cum portauerit iugum huius Domini ab adolescentia sua: sedebit solitarius, & tacebit; quia leuabit se supra se.* Sciebant viri sanctissimi diuino Spiritu illustrati solitariæ vitæ utilitatem: & ideo ante legislationem operibus impenderunt, quod demum sub regula constituti Carmelitæ pro posse imitantur. Et quamuis *ELIAS* Carmelitis regulam scriptam non dederit, eis tamen exemplo sanctæ conuersationis viuendi norma fuit, quibus post se & locum & habitum concessit.

Antiquiss-

sim^o oꝝum

Ordo Car.

Ab illo ca-

teri sua in-

stitutionis

formã ac-

ceperunt.

S. Isido. l. 2

de offi. c. 15

S. Ioã. Bap

sub gratia

Ord.

princeps.

Thren. 3.

CAPVT IV.

Quando & quemadmodum data sit Regula Fratribus in monte Carmelo degentibus.

Sancti etenim Patres, qui in monte Carmelo iuxta fontem *ELIÆ* ante Christi natiuitatem habitabant, Regulam conscriptam habuisse non leguntur; sed ipsi norma & regula sibi fuerant, qui exemplo *ELIÆ* concorditer viuebant. Deinde post Passionem Domini multiplicata per Iudæam fide Christiana, hi qui in monte Carmelo vitam imitatione *ELIÆ* ducebant Eremiticam,

Nota sin-

gularẽ ar-

tiquorum

Carmeli-

tarũ prae-

gatiuam,

B

secun-

A. 4.

secundum Euangelium Christi viuere cœperunt, sicut in Actibus Apostolorum scriptum est: *Erant unanimiter in oratione perseverantes, & erat illis cor unum & anima una: nec quisquam inter eos aliquid habebat proprium, sed erant eis omnia communia.* Hæc est vita Apostolica, quam Fratres Carmelitæ in primitiua Ecclesia studiosissime obseruabant, regulam super his Euangelicam in cordibus suis habentes conscriptam. Successu vero temporis, cum homines paulatim inciperent ab Apostolica vita recedere, & proprium sibi quisque possidere, timentes zelosi montis *Carmeli* habitatores, ne & ipsorum sancta conuersatio per successum temporis deficeret, de remedio in posterum cœperunt cogitare. Regulam ergo non propter se, sed posteritatem postulabant, scientes Ordinem suum iam deinceps non satis tutum existere, nisi per Regulam confirmetur. Et reuera, nisi hodie Carmelitæ approbatam haberent Regulam, nescio si subsisterent. Regula enim sola est, quæ Ordinem præcedentium posteritati commendat. Tempore pacis belli sumptus parandi sunt, ne aduersitas offendat imparatos. Nam si Fratres montis *Carmeli* non accepissent Regulam tempore pacis, ubi de Iudæa tandem per Saracenos expulsi manere potuissent? Anno igitur Domini MCCCII. sub Henrico & Calixto Papa II. *S. Brocardus* Prior montis *Carmeli* Regulam ab *Alberto* Hierosolymorum Patriarcha obtinuit, quam suæ posteritati obseruandam commendauit. Nec æstimandi sunt Fratres Carmelitæ eatenus irregulariter vixisse, qui ex sancta conuersatione consuetudinem in regulam commutarunt. Non enim necessaria est regula perfectis, sed infirmis.

*Regula
necessaria
Monachis.*

* * *

CAP. V.

CAPVT V.

De Confirmatione & Approbatione Ordinis
Carmelitarum.

Sed inuido dente bonos lacerare non cessat peruersus, dum aliter sibi probitatis famam non potest acquirere, nisi famæ insidietur alienæ. Quanto enim crescunt bonorum studia, tanto & inuidia prauorum sæuitura crescit. Enimvero, quanquam sacrum Carmelitarum Ordinem vetustas ipsa comprobauerit, quanquam multorum Fratrum sanctitate sublimatus ab initio fuerit, nequaquam tamen prauorum contra eum persecutio quieuit. Dicebant ergo Fratribus sanctis detractores iniqui: Non est Ordo vester in Ecclesia Dei stabilis, quem sancta Sedes Apostolica non probauit. Hinc orta sunt scandala, hinc seditiones in populo surrexerunt, dum peruersi homines sanctum Ordinem delere funditus moluntur. O stulta hominum abusio, vt quod Euangelium Christi approbat, humana confirmatione existiment indigere. Dic mihi detractor bonorum, legistine Bullas veterum Ordines approbantes? Quis Papa confirmauit veteres Ordines Pachomij, Basilij, Augustini & Benedicti? Nulquam inuenies, hos Ordines libris confirmatos a principio. Enimvero quos sanctitas multorum approbat, quos longa vetustas confirmat, quis nisi mentis inops & stolidus infringat? Si Ordines præfatos sancta confirmat antiquitas; Ordo Fratrum Carmelitarum, qui antiquissimus est, nullius confirmatione opus habet. Longè enim præcessit Romanos Pontifices, qui ex ELIA Propheta exordium sumpfit.

Hæc dixerim, non quod Ordo Carmelitarum Apostolico careat munimine, sed vt emulos odio motos ostenderem, non ratione integritatis. Nam posteaquam Fratres huius Religionis in Europam venerunt expulsi de Palæstina, multi Summi Ponti-

B 4

fices

fices Ordinem ipsum confirmarunt, de quibus *Alexander* Papa III. vnus extitit, post quem *Innocentius* III. idem fecit, amborumque vestigijs inherens *Honorius* III. multis adiunctis priuilegijs, & Ordinem & Regulam denuo comprobauit. Sed de his admodum satis dictum sit, quia etsi nos priuilegia Carmelitici Ordinis non penitus lateant, tamen nostri non est propositi, in lucem ea traducere. Hoc æmulis velim sufficiat, Ordinem hunc semper probatum extitisse ab initio, & deinceps stabilem mansurum.

C A P V T VI.

De mutatione superioris Habitus Fratrum.

Quemadmodum in superioribus iam diximus, Fratres Carmelitæ suos Principes non solum moribus, sed & Habitu pro sua possibilitate imitantur. *ELIAM* vero pallio indutum fuisse, sacra demonstrat historia, quo transeunte Domino vultum suum operuit, & tangens eo Iordanem calcabilem fecit. Denique cum *Elisaum* vocaret, pallium super eo misisse legitur, quo etiam donauit eundem, dum ipse per aëra raperetur. Erat autem pallium (si veterum scriptis adhibeatur fides) rotundum, totum corpus à collo vsque ad medias tibias cooperiens, angustum superius & inferius latum, ac in anteriori parte apertum. Color autem ipsius Habitus albus fuisse dicitur, per quem interior Fratrum munditia & puritas designatur. Tali *ELIAM* pallio amictum fuisse tradunt, tali Habitu incessisse *Elisaum*, & *Filios Prophetarum*. Si quis vero hanc Habitus *ELIÆ* descriptionem contendat esse apocrypham, nullam per hoc iniuriam nobis fecerit, qui nostram opinionem non scribimus, sed præcedentium Patrum. Cappa enim Ordinem non facit, sed obseruantia pietatis. Nam quod antiqui Monachi etiam vnus Ordinis in colore Habitus

4. Reg. 2.

pallio Elia
albū fuit.

vni-

uniformes aliquando non fuerint, S. Pater *Benedictus* in sua Regula innuit, qui Monachos de colore vestium causari prohibuit. Hæc dixerim, non quod album fuisse *ELIÆ* Habitum negem, sed vt hæsitantibus occasionem murmurandi contra Ordinem præscindam. Post multos vero annos, cum Terra sancta in manus deuenisset infidelium, coacti sunt Fratres mutare Habitum, Saracenis id vrgentibus, *Carmelita* qui solis satrapis suis albam portare vestem licere existimabant. Publico igitur edicto Regis Fratres montis *Carmeli* album deponere Habitum compulsi sunt, & alium quemlibet assumere. Reiecto itaque necessario Habitum pristino, cappas virgulatas assumpserunt, qui duplicis coloris a septem partibus virgulatus extitit, quarum prima circa fissuram anteriorius alba fuit altrinsecus, sequens ab vtraque parte alba, & vltima in medio dorsi nigra. Tandem cum post annos non paucos malitia infidelium crescente de Terra sancta Fratres cogerentur recedere, denuo Habitum compulsi sunt immutare. Venientes enim ordinatione diuina in *Europam*, ne populis risum peregrino Habitum facerent, veterem Habitum resumpserunt, quo vsque in hodiernum diem in Ordine vtuntur. Denique, ne mutatio hæc cuiquam friuola videretur, auctoritate Summorum Pontificum mox legitur comprobata.

CAPVT VII.

Quare Carmelita Fratres dicantur B. Mariae semper Virginis de monte Carmelo.

Sed iam quærendum nobis est, quare tot sanctis nouis & antiquis Ordinibus prætermisissis, solus Carmelitarum Ordo B. Dei Genitricis titulo decoretur; cum ipsa nec Fundatrix illius extiterit, nec aliqua ei similitudine professionis subiecta. Quæ ergo causa fuit, vt *Carmelitae Fratres B. Mariæ semper Virginis* ab initio dicerentur? Nunquid fortuito casu, aut elatione aliqua inani fa-

ctum est? Absit. Nam sicut ex veterum lectione di-
 *Sciēdū, q̄ dicimus, titulum hunc Carmelitis conuenire maxi-
carmelita me scimus; quos ab exordio suæ institutionis Dei
 2. *Sacella*, Genitricem semper in maximo honore & reueren-
sue tēpla, tia habuisse non dubitamus. Enimvero non diu
in Deipara post Domini Passionem crescente per Iudæam fide
Virg. hono Christiana Fratres montis **Carmeli* Capellam in e-
re, in mōte iusdem montis latere in Dei Genitricis honorem
Carm. cō- construxerunt; eamq; in Ordinis sui Aduocatam
struxerūt; & Patronam elegerunt, & Fratres eius deinceps ap-
primū ipsa pellati sunt. Sicut ergo à Carmelo *Carmelita*, ita
adhus vi- a Capella quam ædificarunt, vsque in hodiernum
uente, non diem *Fratres Beatissima Dei Genitricis & Virginis*
diu post appellantur, Et digna quidem Carmelitis denomi-
D. passionē natio, vt qui Dei Matrem speciali semper amore
in vno late venerantur, etiam illius sint titulo clariore,
re, siue vt Quemadmodum enim Beatissima Virgo MA-
aliy docēt, RIA Paradisi nobis aditum prima omnium aperuit,
in decliuio ita Carmelitarum Religio principium & formam
inōtis Car. cæteris Ordinibus dedit. Nec dubium mihi est, quin
meli: alte- Dei Parens MARIA hunc Ordinem speciali fauore
rum, mox prosequatur, quem & loco vicinum, & tempore pri-
post glorio- mum sibi & Filio in obsequium exortum recogno-
sam ei' in scit. Digni profectò sunt Fratres Carmelitæ sacra-
cælos Afsū tissimæ Virginis titulo insigniti, qui ab exordio suæ
ptionē, in institutionis ei per humilitatem & innocentiam suo
eo montis modo facti sunt proximi, & in obsequio eius paren-
Carm. loco telæ singulariter deuoti. Lege & reuolue omnes
ubi Elias transacti temporis historias, & nusquam inuenies
olī ascēdē- Ordinem Fratrum Carmelitarum in Ecclesia Dei
re nubecu, schisma suscitasse vel scandalum, nec vlla nouitate
lā Virginis populum fidelem perturbasse, neque de aliqua hæ-
tyo insig- resi vnquam fuisse suspectum. Semper enim in hu-
nē cōspere militate & tranquillitate Domino seruiuit, semper
rat, i. in pacificus in Ecclesia fuit, semper sua innocentia
vertice contentus extitit. Qui ergo humilitate & munditia
Carm. uti moribusq; sanctis Beatissimæ Dei Genitrici semper
constat ex deuotus extitit, eius titulo congruè sublimatus fuit.

Hoc & ipse Habitus sua munditia & puritate indicat, qui Fratres Carmelitas continentiam & castitatem summopere obseruare debere manifestat. Et quamuis locus ipse primus, qui nomen dedit Ordini, desolatus iam sit, vocabulum tamen *Carmeli* Fratribus manet, vna cum patrocinio Dei Genitricis. Nunc ergo satis dictum probatumq; sit de Auctore & loco Carmelitici Ordinis: persuasumq; velim sit omnibus, illius cultores *Fratres B. MARIAE semper Virginis de monte Carmelo* merito & esse & palam prædicari.

Quid Habitus albus designet.

CAPVT VIII.

De Transmigratione Fratrum Carmelitarum in Europam.

CVM propter scelera populi Terra sancta in manus perfidæ gentis Saracenicæ redacta esset anno post Domini Passionem sexcentesimo tricesimo nono, Fratres Carmelitarum, qui dudum in vr-
bibus etiam multiplicati habitabant, nimium ab infidelibus afflicti ad eremum *Carmeli* montis redire sunt compulsi. Non enim in ciuitatibus manere diutius poterant, quos Saraceni in tantum affligebant, vt nullum eis Deo famulandi tempus quietum relinquerent, ac victui necessaria funditus negarent. Manserunt itaque Fratres in monte *Carmelo* solitariam vitam in paupertate non modicâ ducentes, donec multis euolutis annis, Terra sancta per Christianos iterum fuit recuperata, & Peregrinis iter ad illam in pace compositum. Facta fuit hæc Terræ sanctæ recuperatio per Ducem *Gotfridum* anno Domini millesimo nonagesimo nono.

Gotfridus Dux recuperat Terram sanctam.

Deinde post annos paucos confluentibus vndique Peregrinis, & maximè de regionibus *Europa*, numerus Fratrum in monte *Carmelo* valde multiplicatus est, intantum, vt præ multitudinem montes implerent & vrbes. O si tunc Ordinis Carmelitici decorem in sua maiestate vidisses, nunquam fuisse

*Mirifice
floreto Ordo
Carm.*

similem alium exclamares! Erat videre delectabile, Fratres innumerabiles circa montem *Carmelum* habitantes in cellulis & cauernis petrarum id ipsum omnino sapere, Deo Maximo die noctuq; quam deuotissime seruire, mundum cum suis voluptatibus pro Christi amore contemnere. Summa tunc apud illos erat religio, summa regularis vitæ perfectio, cum Fratres in carne manentes, carnem ipsam cum vitijs suis fortiter euicerunt. Floruit in pace Religio, quæ paulo ante turbata perfidorum incurfibus deficere putabatur. Venerunt ex omni *Europa* Fratres peregrini, & colla monasticis disciplinis in monte *Carmelo* humiliter submiserunt.

Sed non diu durauit in Terra sancta ista tranquillitas. Mortuo namque Ioanne Ierosolymorum Rege, Terra sancta consueta subsidia habere à Sede Apostolica non potuit, Friderico Imperatore per suam rebellionem Summo Pontifici obfistente, donec iterum à Saracenis capta fuit. Iam vero deinceps Fratres *Carmelitæ* ab infidelibus tanta tribulatione afflicti sunt, vt nusquam tuti amplius in Iudæa viderentur. Vnde anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo octauo, coacto in vnum Concilio totius Ordinis in monte *Carmelo*, multi de Prioris licentia & consilio Fratrum *Palaestinam* egressi sunt; & cum Regula, Ordinario suo ac Statutis, in *Europam*, vnde venerant, reuersi. Venerunt ergo aliqui in *Cyprum*, alij in *Franciam* & *Angliam*, nonnulli vero in *Germaniam*; singuli, vbi se locum pro conseruando Ordine putabant inuenire. Remanserunt autem & plures in monte *Carmelo*, qui tamen & ipsi per Saracenos breui post expulsi sunt. O miseranda sanctissimi Ordinis calamitas, qui pene infinitis pridem Filijs exultabat, iam necessitate urgente à Fratribus suis deseritur, Quem non, etsi lapideus sit, permolliat ista *Carmeli* desolatio, quando non vnus tantum Montis, sed multorum Monasteriorum per vniuersam Iudæam

dam Religio destructa est? Sed quemadmodum locus ELIÆ Carmelitarumque saluus persisteret, quando totus ille conculcatur à gentibus, quem Dominus noster Rex cœli sua corporali præsentia sanctificauit?

In *Europam* itaque venientibus Carmelitis, auctoritate summi Pontificis loca in diuersis regionibus ad manendum disposita sunt; qui statim, licet cum difficultate, Conuentus plures instituerunt. Magna tenebat homines Christi commiseratio Fratrum; & quos sedibus suis expulsos condolebant, larga munificentia fouebant. Ex hoc itaque tempore Fratrum Carmelitarum Ordo per vniuersam *Europam* valde multiplicatus est, & magnos in Ecclesia Dei fructus sua conuersatione & doctrina attulit, & profert vsque in hunc diem.

CAPVT IX.

*De multiplici persecutione huius sanctissimi Ordinis
& eius contra amulos victoria.*

Rescente itaque per *Europam* Ordine, & numero Fratrum multiplicato, inuidens bonorum studijs Diabolus persequi Fratres non cessabat; & quod per se agere non potuit, per malos homines subordinauit. Concitauit ergo contra eos Sacerdotes Ecclesiarum Rectores, qui eos in suam potestatem conabantur redigere, & veluti rusticos legibus Parochialibus subiugare. Vsque adeo hæc præsumptio inualuit, vt Carmelitis interdiceretur publice, ne mortuos suos sepelirent in Conuentibus, nisi Parochialium prius soluissent iura Ecclesiarum. Interdicebant præterea inuidi Sacerdotes, ne quis paupertati Fratrum succurreret, quasi non in ædificationem, sed in destructionem fidelium transmigrassent. Conquererentur Fratres afflicti Diœcesium Episcopis, sed frustra. Omnes enim sua quærebant, omnes delere Ordinem funditus cogitabant, sua non Reipublicæ commoda præ oculis habentes.

*Parochi ob
sistunt Car
melitis.*

Quid iam facerent Fratres tui, Virgo Domina mundi? Quo se verterent vndique tribulati? Quem calamitatum suarum Aduocatum inuocarent? Inuocabant homines, sed non erat qui adiuuaret, singulis sua quærentibus. O quis metus tunc Fratres tenebat, cum se de Iudæa expulsos inter Christianos odio haberi cernerent! Desolati ab hominibus te Matrem misericordiæ inuocabant, spem suam in te totam collocantes. Nec frustra. Quem admodum enim, cum sis fons pietatis, obliuisci potuisses FRATRES TUOS, FILIOS TUOS, VISCERA tua? Vocasti ergo vnum ex eis quem cæteri sequebantur ducem, eumque ad Sedem direxisti Apostolicam, bonam de rebus confidentiam repromittens. Nec vana, sed certa promissio. Direxisti viam APOSTOLI tui, præuenisti eum in benedictionibus; Vicarium Filij tui quid faceret, præmonuisti. O sancta & verè digna conciliatio, quæ originem non ex hominibus, sed ex Dei ordinatione recepit.

*Implorant
Carmeli-
ta in ad-
uersis opẽ
B. Virg.*

*A Papa de-
fenduntur*

Auditis Summus Pontifex necessitatibus Fratrum, æmulos & detractores eorum Apostolica maiestate compescuit, & Ordinis tranquillitati in posterum largiter prouidit. Quid nunc dicis, tortuose coluber, qui sanctum Carmeli Ordinem te posse delere sperabas? Vbi est præsumptio tua, qua Religionem Dei Genitrici consecratam conabar is euertere? Confusus es, & omnes consiliarij tui Dei virtute humiliati sunt in iniquitatibus suis. Ecce sanctus Ordo contra omnes aduersarios suos præualuit & confortatus est, & vnus è quatuor Paradisi fluminibus factus, vniuersam terram aqua eruditionis irrigat: tu vero cum tuis canibus debitas rependis vltiones. Neque noua est ista peruersorum æmulatio, cum ab exordio mundi semper bonos persecuti sint mali, quatenus per multas tribulationes probentur electi. Sed dum boni aduersitatibus impiorum afflicti proficiunt, semper ad pessima scelerati cadunt.

Tu autem, Carmeli decus, noli deficere, noli à proposito

posito sanctissimæ institutionis cessare, quatenus ad præparata tibi præmia sine fine queas pertingere. Si mater obliuisci poterit dilecti filij sui, te Regina cæli non poterit deserere. Quod si mater obliuiscatur fructus vteri sui, tamen MARIA Virgo tui non obliuiscetur, sed FRATRES suos dilectos custodiet, & gaudiorum suorum participes constituet. Hoc autem a te necessario exigitur, vt Fratres, quos nomine & habitu tuo fouer in gremio, vita & conuersatione immaculatos custodias. Nihil enim prodest Dei Parentis insigniri vocabulo, si contrarijs moribus vitæ conuersatio inquinetur. Igitur vt sub titulo Regina cælorum veraciter fulgeas, ad tria substantialia Religionis obseruanda professores tuos ante omnia dirigas, sine quorum custodia non saluat monastica professio, sed damnat. Dominus tecum est, quamdiu fueris cum eo. Si vero semitas primæ institutionis tuæ contempseris, si vitijs aditum dederis, multis malis & incommotis subiacebis. Eris in derisum omni populo, & qui modo fulges in gloria, sub improperio & ignominia confunderis. Caue itaque, ne primam institutionem transgrediaris, neque neglecto Dei cultu post vanitatem ambules.

*Tria substantialia
vota necessaria
Monacho seruanda.*

CAPVT X.

De primo profectu Ordinis Fratrum in Europa, & de multiplicatione Conuentuum.

IN Euangelio Dominus loquitur: *Nisi granum Iohan. 12.
frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum
solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum
fructum afferet.* Pulchre Fratribus Carmelitis hæc
sententia conuenit, quæ illos granum esse Dei & semen ostendit. Enimvero granum hoc Carmeliticum
germinis in terram cecidit, quando expulsus de
Iudæa fuit. Mortuum autem extitit, quando multis
tribulationibus attritum, suæ transmigrationis in-
commodum deplorauit. Multum vero fructum at-
tulit.

tulit, quando ex amulorum prauitatibus erumpens, per varios in *Europa* Conuentus multiplicatum extitit. Sane fructum multum Carmelitarum affert Religio, quæ sese totam Dei seruitio mancipat, quæ virtutum semitas deuota amplectitur, per cuius exempla multi ad iustitiam conuertuntur.

Vere granum mortuum est Ordo Carmeliticus, qui cadens in Iudæa periit, sed multiplicatus in Europa surrexit. Malleo & incude dilatauit eum Dominus, quia dum de Palæstina minor numero expellitur, crescens in Europa dilatatur.

Nec sine ordinatione diuinæ prouidentiae id factum credimus, cum paucos Fratres Ordinis huius in immensum creuisse videamus. Quemadmodum enim pauca segetis semina in terram proiecta mortificantur, & multum fructum afferunt; sic pauci Fratres de *Carmelo* expulsi, & ad tempus in terra peregrinationis afflicti, maximum in Ordine numerum Fratrum successu temporis protulerunt. Hæc est mutatio dexteræ Excelsi, hæc prouidentia gubernatoris Altissimi, qui ex malis bona nouit elicere, & paucorum calamitatem in gaudium maximum commutare. Sicut enim ferrum malleo extenditur, sic Ordo Fratrum Carmelitarum ferro tribulationis extensus & multiplicatus est. Qui si manere in primo suo nidulo potuisset, non adeo multiplicatus hodie in Ecclesia fidelium esset. Nam post felicem aduentum eorum in Europam, superatisq; auctoritate Apostolica impijs persecutoribus, paulatim valde multiplicati sunt. Videntes enim Nobiles & Fideles conuersationem Fratrum esse sanctissimam, multa illis beneficia contulerunt, & Cœnobîa illis quam plura suis expensis erexerunt.

Hinc factum est, vt Fratres Carmelitæ, qui pauca in Terra sancta, Cœnobîa amiserant, multo plura in Europa reciperent. Et quemadmodum Apostoli fidem Christi prædicantes de Iudæa expulsi, multitudinem gentium conuerterunt; sic Fratres

Carmel-

Carmelitæ vnus Prouinciæ termino amisso, totius Europæ locum ad mansionem receperunt. Vnius ergo Montis desolatio, multarum Regionum ædificatio fuit. Nequaquam ergo se *Carmelus* vltra plorabit desertum, quem per rotum Orbem iam constat esse diffusum. Multiplicato vero per Europam Fratrum numero, & multis in diuersis locis erectis Conuentibus, cernentes Romani Pontifices vitam eorum esse laudabilem, Ordinem ipsorum priuilegijs multis sublimarunt, eumque ab Ordinariorum iurisdictione penitus eximentes, cæteris Mendicantium Ordinibus adiunxerunt. Et quanquam interim Ordines antiquior sit, tamen in Europa quasi per mortificationem sui renouatus esse videbatur. Sed iam de omni tribulatione sua conualuit, fortis factus in bello, omnes aduersarios suos superauit & confudit. Non est quod sibi amplius noceat, non est qui eum dentibus contingere de cætero præsumat, Dei maxima virtute confirmatum.

Gaude felix plantatio, mundi triumphans illecebras, summa carpens præmia regni, quæ nomen originis tuæ conseruas & imitaris Principes.

CAPVT XI.

Quam utilis & fructuosus sit in Ecclesia Ordo Carmelitarum.

Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis; quam pulchra es & decora in delicijs, ô Religio speciosa CARMELI. Tu hortus aromatum, quem dextera Dei plantauit in monte Carmelo, cuius flores suauissimum odorem reddunt, dum viros doctos protulisti atque sanctissimos. Tu Prophetarum Principem ELIAM habuisti, tu ELISÆVM à mundi negotijs ad obsequium Prophete vocasti, tu VATVM schola, tu norma discipline, & prænũcia monastice vnitatis. Tu sub lege gratiam, sub gratia prædicas pietatem. Vere Dei castra sunt hæc, in quibus vita Apostolica ipsos longe præcellit

Nota prærogatiuas
Ord. Car.

APO-

APOSTOLOS. Ordinis itaque huius gressus ab initio pulcherrimi sunt, quando Fratres Deum amantes de virtute in virtutem profecerunt. O Carmeli pristinum decus! ô vere sancta Deoq; dilecta conuersatio, quæ Diabolum vincit, carnem exuperat, mundum contemnit & vitia. Sancta etenim conuersatio Fratrum Carmelitarum, si ad puritatem suæ institutionis ambulet, Ecclesiam ædificat, inscios informat, ad pœnitentiam peccatores vocat, aduersarios Christi oppugnat, delinquentes castigat.

Quid hac Religione pulchrius, quid vtilius Ordine, in quo charitas imperat, obedit humilitas, zelus bonus vigilat, paupertas voluntaria regnat, continentia pugnat, castitas triumphat? Optimè Religio conseruatur, dum prouidentia consulit, dum iustitia corrigit, dum misericordia erigit, benignitas instruit, sapientia custodit. O quam bonum & quam iucundum, sic habitare Fratres in vnum, qui Deo in humilitate deseruiunt, charitatis fraternæ iura custodiunt, mundum & vitia fugiunt, virtutes colunt, humilitatem diligunt, à malis omnibus recedunt. Hi sunt, qui labentem Ecclesiam humeris excipiunt: & tam verbo, quam exemplo, fideles populos ad iustitiam Christianam erudiunt. Qui tales se in Ordine exhibent, digni sunt, vt Fratres B. MARIÆ Virginis appellentur. Cæterum, qui vanitates huius mundi sectantur, qui contempta obseruantia regulari vitijs & voluptatibus dediti sunt, non Fratres eos B. MARIÆ Virginis dixerim, sed turpissima mancipia diaboli. Quid enim turpius, quidve damnabilius, quam sub Ordine sancto inordinatè viuere? Non est ei in Dei Genitricis honore consortium, qui seruus est vitiorum. Magnopere itaque, Fratres Carmelitæ, vobis curandum est, ne dignitatem nominis quam à Regina accipitis, malis moribus amittatis. Quid enim proderit vobis Fratres appellari B. MARIÆ Virginis, si operarij fueritis iniquitatis? Enimvero, nisi secundum regulam vestram
& pri-

& primam institutionem religiosè vixeritis, ad damnationem potius, quam ad gloriam hunc titulum usurpatis.

Curate itaque, Fratres mei, omnem à vobis iniquitatem repellere, curate bonis moribus insudare, quatenus ad eam, quam Ordinis vestri SOROREM dicitis, per sancta exercitia venire valeatis. Nisi enim in communi sine proprio castè & religiosè vixeritis, ad Reginam cœli non peruenietis. Si sic viuere curaueritis, vtiles in Ecclesia Dei estis. Enimvero, sicut bonos Carmelitas religiosè secūdum regulam conuerfantes, omni laude dignos describimus; ita malos & moribus deformatos, longe ab hoc volumine femouendos esse decernimus. Laudare enim nisi bonos non intendimus. Credimus autem multos ab initio bonos & sanctos in hoc Ordine viros claruisse, hodieq; clarescere; & idcirco monemus Lectorem, ne propter deformitatem paucorum totum Ordinem velit contemnere, in quo multi boni sunt, quos certum est illum ignorare. Neminem ex Carmelitis contemnendum Lector existimet, quoniam qui hodie iacere in deformitate cernitur, cras forsitan primus in acie regularis obseruantiz gradietur.

CAPVT XII.

De Sanctis & Canonizatis ex Ordine isto.

QVAM vberes fructus, quamq; suaues in Ecclesia Dei odores ager iste Carmelitici Ordinis protulerit, neminem ignorare credimus, qui veterum historias legit. Nam, vt de his interim fileamus, qui in monte *Carmelo* sub lege claruerunt, tot sancti Fratres sub gratia in Ordine isto fuerunt, vt penitus numerari nequeant. Enimvero, si quis stellas cœli dinumeret, & huius Ordinis Sanctos numerare poterit. Sed forsitan aliquis mihi huius Ordinis æmulator dicat: Quid tu Carmelitas tantopere de Sanctorum multitudine commendas, qui nullius

NOTA.

habe-

*Sancti in
Ordine S.
Benedicti
15. millia.*

NB.

*Cur è SS.
Carmeli-
tis pauci in
Kalēdario*

*Olī glibet
Episcopus
canoniza-
bat Sanctū*

haberi memoriam in Ecclesia Romana non igno-
ras. Ostende mihi, quantos in Kalendario ex Ordine
Carmelitarum Sanctos inueneris? Quisquis talia di-
xerit, se aut inuidum, aut gestarum rerum inscium
penitus ostendit. Quid enim, quod paucos ex Ordi-
ne Fratrum Carmelitarum Sanctos Romana venera-
tur Ecclesia? Num ergo pauci existimandi sunt, quo-
niam non multi Kalendario inscribuntur? Aut nun-
quid Ordo Diui Patris *Benedicti* Sanctos ideo pau-
cos habuit, quoniam vix quindecim ad Kalēdarium
recepit? Enimvero quindecim millia ex eo Sancti
nominibus proprijs referuntur. Non consueverunt
vetusti Ordines de multitudine Sanctorum suorum
inaniter gloriari, dum vnusquisque magis in se san-
ctitatem studuit amare, quam in alio ad ostentatio-
nem suæ Religionis attollere. Malebant enim cul-
tores antiquorum Ordinum Sancti esse, quam dici.
Vnde non magnopere curabant Sanctissimos quos-
que Fratres suos ad plausum vulgi extollere, neque
solebāt pro eorum canonizatione ad Reges & Prin-
cipes sollicitandos discurrere, neque importunis Sū-
mo Pontifices precibus fatigare. Sufficere sibi cre-
debant, si Fratres sui locati fuissent cum Sanctis in
celis; & ideo canonizare illos non curabant in terris.

Ordo autem Fratrum Carmelitarum antiquissi-
mus est, & nunquam vetustatis semitas in hac re de-
requit. Sanctos etenim & multos & præstantissimos
habuit, sed more antiquitatis paucos in Kalēdarium
fuit. Quod vero paucos veneratur huius Ordinis San-
ctos Romana Ecclesia, ideo factum credimus, quod
cum maxima pars eorum ante transmigratiōē Or-
dinis in Iudæa claruerit, sanctitas eorum Romanæ
Ecclesiæ incognita fuit. Nec opus erat eo tempore
pro canonizatione Sanctorum ad Sedem Apostoli-
cam discurrere, dum in Diœcesi quilibet Episcopus
Sanctum testimonio miraculorū posset declarare.
Postquam vero Fratres in Europam transmigrarunt,
mul-

multiplicatisq; diuersis in Ecclesia Ordinibus, neminem pro Sancto haberi Romana decreuit auctoritas, nisi de consensu Summi Pontificis deinceps fuerit canonizatus. Maximus autem Sanctorum numerus hoc decretum præcessit, quos vetustas miraculis inducta canonizauit. Quis Papa canonizauit Apostolos, & veteres Sanctos? Nonne sola antiquitate in Ecclesia Dei venerantur propria sanctitate contenti? Et Ordo Fratrum Carmelitarum plures trans mare Sanctos habuit, quorum in Europa memoria nulla antiquitus fuit. Denique post aduentum Ordinis in Europam Sanctos complures habuerunt, quorum si omnium nomina vellemus describere, volumen hoc in immensum extendere cogeremur. Scimus autem, quod Fratres Carmelitæ Sanctos suos in admirationem populi non consueuerunt exponere; & ideo non fuit nostri propositi, singulos per nomina recensere.

Denique, si quis Viros sanctissimos, qui in hoc Ordine claruerunt, ex nomine scire desiderat, historias & chronica dicti Ordinis legat; & eam præcipue, quam Frater *Ioannes Mechliniensis* Conuentus, dictus *Oudenuater*, multo labore composuit, & *Carmelitici Ordinis Fasciculum tripartitum* nominauit. In ea siquidem huius Ordinis tot sanctissimos Viros inueniet, vt de cæteris Ordinibus paucos habuerit similes. Initium quoque Ordinis & Progressum eius aperte lectionis modulo aperuit, & omnes generales Priores à primo vsque ad Pontium, qui Ordini modo præsidet, per nomina descripsit. Nos vero, quos rei familiaris cura sermonem abbreviare compellit, his finem facimus, & secundum de laude Carmelitarum volumen ordinandum pro virili nostra assumimus, in quo de Illustribus Viris & doctis in eo, qui varia ad Ecclesiæ vtilitatem conscripserunt (quantos scire possumus) mentionem

faciemus.

F I N I S.

G

LIB. II.

*Ord. Car.
complures
Sanctos in
Europa
habuit.*

*Chronica
Ordinis
Carmelit.*

An. 1492.



LIBER II.

IOANNIS TRITHEMII
 ABBATIS SPANHEIMENSIS
 DE ILLUSTRIBVS VIRIS OR-
 dinis Carmelitarum.

Posteaquam auxiliante Domi-
 no nostro IESV Christo pri-
 mum intenti nostri Opuscu-
 lum de laude Ordinis Fratrum
 Carmelitarum absoluiamus, li-
 bet nunc secundum exordiri, in quo fauente
 Virgine MARIA, de Viris Illustribus, qui va-
 rijs in eo temporibus claruerunt, sumus habi-
 turi sermonem. Causa vero ad eam prouin-
 ciam subeundam duplex nos impulit: qua-
 rum altera Fratres respicit, altera detracto-
 res. Credimus enim ad ædificationem iunio-
 rum Fratrum non mediocriter proficere, si
 viros eruditione insignes, qui in Ordine præ-
 cesserint, ad eorum notitiam curemus reuo-
 care. Per hoc namque doctissimi viri labori-
 bus suis condignam immortalitatis memo-
 riam apud posteritatem accipiunt, & minores
 eius-

eiusdem Ordinis Fratres ad amorem scripturarum prouocantur.

Secunda huius catalogi causa est æmulatio detractorum, qui Ordinem Carmeliticum tanquam infructuosum despiciunt, dum paucos in eo Scriptores Ecclesiasticos & Doctores floruisse credunt. Nos autem dolentes tam sancto, sacratissimoq; Ordini ex ignorantia oblocutorum iniuriam fieri, Doctorum qui in eo varia scripserunt, catalogum, qua licuit breuitate ordinauimus; in quo scriptores omnes, quotquot in notitiam nostram inciderunt, digessimus. Et quanquam multi doctissimi viri huius Ordinis ante transmigratio-

Ord. Car. plurimos in Oriente habuit Doctores & Scriptores illustres.

nem in Palæstinam florentes multa conscripserint, tamen cum nobis eorum Opuscula incognita sint, paucos consignauimus è pluribus. Omisissis itaque his, qui in Iudæa ab initio claruerunt, eorum duntaxat mentionem facere instituiimus, quos clarum eruditionis suæ splendorem dedisse in Europa scimus. Neque tamen omnium eorum facere mentionem, qui floruerunt post transmigratio-

nem, potuimus, eo quod Opuscula eorum & tempora ignoramus. Relinquimus eiusdem Ordinis cultoribus eam Prouinciam, ut ubi nos ex infirmitate defecimus, ipsi nostrum defectum studeant emendare. Iam nunc itaque propositi sumamus exordium.

*Plurima
alia eius
scripta vi-
de apud
Bellar. de
Scrip. Eccl*

S Cyrillus, Ordinis Carmelitici Monachus, postea Episcopus Alexandrinus, natione Græcus, ex Constantinopoli oriundus, vir sanctus atque doctissimus, Philosophus clarus & Rhetor insuperabilis, infinitis miraculis coruscavit, & prophetiæ spiritu illustratus fuit. Hic tempore Theodosij Imperatoris & Celestini Papæ I. contra Nestorium multa composuit, eumq; in Concilio Ephesino præsidens confutavit. Scripsit Græco sermone multa præclara Volumina, de quibus apud Latinos pauca habentur. *Hic primus permiscuit Philosophiam Aristotelicam Scripturis sanctis, & omnes errores Hæreticorum argumentis fortissimis elisit*, sicut in Gestis tertiæ Synodi Ephesinæ inuenitur. Scripsit autem inter alia *contra Iulianum Apostatam*, lib. 3. *Contra Nestorium quoque*, lib. 1. *De Incarnatione Domini*, plures Homilias. *Epistolas multas ad diuersos*, lib. 1. *Sententias in Synodo Ephesina plures*. Hæc omnia apud Græcos vidimus, & partim legimus; sed nusquam apud Latinos. Claruit sub Theodosio Imperatore Magno, & Celestino Papa I. Anno Domini quadringentesimo xxx.

B Ioannes Ierosolymitana Ecclesiæ post B. Iacobum Patriarcha quartus & quadragesimus, primus in ordine narrationis nostræ collocandus accedit. Erat enim vir conuersationis integre atque sanctissimæ, qui uiuus & mortuus infertur claruisse miraculis. Hunc Adrianus Papa I. propter eximiam doctrinam & vitæ excellentiam de Monasterio montis Carmeli sustulit, & in Patriarcham præfatæ vrbs sublimauit. Qui cum in Scripturis diuinis esset peritissimus, nonnulla præclara Syntagmata edidit, quibus ingenium suum posteris declarauit. De quibus extat Voffessoris. *lumen insigne, de Principio & Profectu Ordinis Car-*

Carmelitici, lib. I. Scripsit etiam *quasdam ad Fratres Epistolas exhortatorias*. Et *quædam alia*. Claruit temporibus Adriani Papæ I. Anno Domini Maximi I E S V Christi septingentesimo septuagesimo.

S Cyrillus alius, Presbyter montis *Carmeli*, tertius in Ordine Prior Generalis, vir doctus & deuotus, ac spiritu prophetiæ illustratus, scripsit nonnulla ingenij sui Opuscula, de quibus feruntur *Epistola ad diuersos plures*, & *quædam ad Abbatem Ioachim Reuelationes. Angelica quoque tabula*, quam de manibus Angeli dicitur recepisse. Alia nonnulla scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit temporibus Henrici Imperatoris V I. & Innocentij Papæ III. Anno Domini millesimo ducentesimo. Errant, qui hos duos Cyrillos vnum esse putant, cum nec tempus in eos consentiat, nec ordo gestorum. Primum enim sub Theodosio in Ephesino Concilio claruisse certum est; & iste sub Henrico VI. vt diximus.

Nicolaus Gallicus, septimus Prior Generalis totius Ordinis, vir doctus & deuotus, & Deo singulariter dilectus, qui postquam Ordinem aliquot annis strenue gubernasset, officio renunciâns, ad eremum Monasticæ conuersationis reuersus est. Scripsit inter alia Volumen insignne, quod prænotauit, *Sagittam igneam*, in quo flebilem Ordinis sui statum deplorat gemitibus. Quod Aconensi Orientis vrbe nobili a Saracenis expugnata, atque euersa, Monasterium in *Carmelo* quatuor inde milliaribus situm antiquitus, fuerit ab eisdem concrematum, Monachique interfecti, atque Ordo ex Oriente ablegatus. Claruit Anno Domini millesimo ducentesimo LXX.

S. Albertus de Trapano Prior Sicilia Prouincialis, vir in diuinis Scripturis studiosus atque doctissimus, vita quoque & conuersatione deuotus, miraculisq; adhuc uiuus coruscans, multa uilia pro ædificatione Fratrum scripsisse dicitur, quæ tamen ad manus nostras non uenerunt. Moritur in ciuitate Messanens. An. Domini M. CCXCII. Indiæ, v. septimo Nonas Augusti, signis gloriosus.

Guilielmus de Samuco Carmelitici Ordinis singulare decus, vir doctissimus, & S. Theologia Professor insignis, natione Gallus, scripsit ad ædificationem simplicium Fratrum pulchra & apta volumina, de quibus subiecta feruntur; *Super Sententias*, lib. 4. *Chronica de multiplicatione sui Ordinis*, lib. 1. *Declarationes Religiosorum*, lib. 1. Alia quoque nonnulla scripsisse dicitur, quæ tamen ad notitiam meam non uenerunt. Claruit temporibus Rodulphi Imperatoris, An. millesimo ducentesimo octogesimo.

Gerardus de Bononia, Generalis Prior totius Ordinis undecimus, S. Scripturæ Doctor Parisiensis, ingenio subtilis, Ordinisq; sui amator & rector celeberrimus. Scripsit multa præclara volumina, quibus memoriam sui posteris commendauit. *Super Sententias*, lib. 4. *Quodlibeta multa & varia*, lib. 1. *Questiones quoque*, lib. 1. *Sermones varios*, lib. 2. *Summam Theologia notabilem* incepit, quam morte præuentus finire non potuit. Moritur tandem, in Auinione sepultus, An. Dñi M. CCCXVII. Indiæ, xv. Generalatus uero sui An. XXI.

Sibertus de Beka, natione Teutonicus, vir in diuinis scripturis eruditissimus, Doctor omnium opinione & laude celebratus, cultor sui Ordinis deuotissimus, scripsit ad ædificationem Fratrum
 quæ

quædam præclara Opuscula, de quibus ista feruntur: *Super Sententias*, lib. 4. *De censuris noui iuris*, lib. 1. *Considerationes super Regulam Ordinis sui*, lib. 1. *Ordinale Dominici Sepulchri* correxit, quod per totum Ordinem obseruari decretum fuit. Alia quoque nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit sub Henrico Imperatore VII. Anno Domini M. CCC. & X.

Guido Perpinianus, natione Cathalanus, duodecimus Prior Generalis, deinde Maioricensis & postea Eluens. Episcopus, vir in diuinis Scripturis doctissimus, ingenio acutus, scientia profundus, sermone Scholasticus, qui apud Ioannem Papam XXII. in honore & reuerentia habebatur. Scripsit multa præclara Volumina, quibus nomen suum posteritati commendauit. De quibus subiecta feruntur: Ad IOANNEM Papam XXII. Opus insigne tripartitum, *de Perfectione vitæ Catholica*, lib. 3. *Super Sententias*, lib. 4. *Quodlibeta sex*, lib. 1. *Questiones varia ordinariè disputata*, lib. 1. *De concordantia Euangelistarum*, lib. 1. *Correctorium decreti*, lib. 3. *De hæresib. ad Cardinalem Albanensem*, lib. 1. *In libros Physicorum*, lib. 8. *Questiones de anima*, lib. 1. Alia quoque multa composuit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit Anno Dñi MCCCXX. & moritur XXI. Augusti, Auinione sepultus.

Ioannes de Alerio Tholosanus, tertiusdecimus Prior Generalis totius Ordinis, vir in diuinis Scripturis eruditus, ingenio, scientia & eloquio clarus; vita quoque & conuersatione præcipuus, ac regularis disciplinæ conseruator insignis. Scripsit insigne Volumen *super Sententias*, lib. 4. *In Ecclesiasticam lecturam notabilem*, lib. 1. Et quædam alia, quæ necdum reperi. Claruit Anno Domini MCCC. atque XXX. iacet sepultus in Conuentu suo Tholosano.

B Petrus de Casa, Prouinciæ Aquitanix post resignationem Ioannis Alerij, quartusdecimus totius Ordinis Generalis Prior, deinde Episcopus Vassionensis, & postremo Patriarcha Ierosolymitanus, vir in diuinis Scripturis doctissimus, vita & conuersatione deuotus, reliquit ingenij sui quædam præclara Volumina, de quibus ista feruntur: *Super Sententias*, lib. 4. *Sermones de Tempore, & de Sanctis*, lib. 2. *Lecturam quoque in librum Politicorum notabilem*. Et quædam alia, quæ nos latent. Claruit Anno Domini mccc. atque xxx. Moritur autem pridie Nonas Augusti, miraculis coruscans.

Ioannes Walsigram, Prior Prouincialis Angliæ, vir in diuinis Scripturis doctissimus, Philosophus acutus, & S. Theologiæ Doctor Parisiensis. Scripsit notabiliter *super Sententias*, lib. 4. *Quæstiones varias, & Quodlibeta*. Alia quoque nonnulla composuit, quæ ad notitiam meam non uenerunt. Claruit sub Benedicto Papa XII, Anno Domini mccc. atque xl.

Simon de Spira, natione Teutonicus, Prior Prouincialis totius Alemanniæ, Doctor Parisiensis, vir in diuinis Scripturis eruditus, & sæcularium literarum non ignarus, ingenio præstans & clarus eloquio. Scripsit *super Sententias*, lib. 4. *Sermones quoque varios*. Et *quasdam in diuinis voluminibus lecturas*. Alia insuper nonnulla scripsisse dicitur, sed ad manus nostras non uenerunt. Moritur sub Benedicto Papa XII, Anno Domini mcccxl. Indiæ. 8. Idum Ianuaris. Colonia in suo Conuentu sepultus.

Petrus Raymundi de Grassa, natione Gallus, Conuentus Tarsacij Prouinciæ Narbonensis, quintusdecimus Prior Generalis, vir doctus & deuo-

deuotus, scripsit multa præclara Volumina, quibus
sui memoriam posteris commendauit. E quibus
extant subiecta: *Super Sententias*, lib. 4. *Ordinis*
quoque sui diuersa Statuta in unum Volumen colle-
git, & in Rubricas sexaginta Collectiones easdem di-
stinxit. Sed & alia quædam composuit, quæ ad noti-
tiam nostram non uenerunt. Moritur autem Anno
Domini MCCCLVII. Indict. x. sub Papa Innocentio VI.
Sepultus in monte Pessulano, Anno sui officij Gene-
ralatus XVI.

Ioannes de Bachone, natione Anglicus, Prior
Prouincialis Angliæ, Doctor Parisiensis, vir vn-
decunque doctissimus, Philosophus, Iurista &
Theologus celeberrimus, ingenio subtilis, & clarus
eloquio; scripsit multa præclara Opuscula, de qui-
bus feruntur subiecta: *Super Sententias*, lib. 4. *In*
Euangelium Matthæi, lib. 1. *In Euangelium Mar-*
ci, lib. 1. *In Euangelium Luca*, lib. 1. *In Euange-*
lium Ioannis, lib. 1. *In Epistolas Pauli*, lib. 14. *In A-*
ctus Apostolorum, lib. 1. *In Epistolas Canonicas*, lib. 7.
In Apocalypsim Ioannis, lib. 1. *Quæstiones varia dispu-*
tata, lib. 1. *Speculum Ordinis sui*, lib. 1. *Defensorium*
Ordinis sui, lib. 1. *Super Metaphysicam Aristotelis*
in duobus Voluminibus, lib. 12. *Super de Anima*, lib. 3. *Vide Ioan.*
In libros quoque Ethicorum, lib. 1. *Alia insuper mul-* *Pitsea de*
ta composuit, quæ ad notitiam meam non uene- *alijs eius*
runt. Explanations quoque varias edidit super libros *scriptis in*
B. Augustini de Trinitate, & *de Ciuitate Dei*, lib. *de Scri*
Atque Anselmi, Cur Deus Homo, & de Incarnatione *pto, Angl.*
Verbi; in quibus omnibus ingenium suum magni-
ficè exercitauit. Claruit temporibus Caroli Impe-
ratoris IV. & Clementis Papæ VI. Anno Domini
MCCCXLV.

Paulus de Perusio, vir in diuinis Scripturis stu-
diosus & eruditus, atque in sæcularibus libris e-
gregiè doctus, ingenio subtilis, sermone schola-
sticus,

sticus, edidit magnæ auctoritatis quædam Opuscula, quibus nomen suum posteritati commendauit. E quibus extat Volumen insigne *super Sententias*, lib. 4. *Quæstiones quoque varia*, lib. 1. Et quædam alia. Claruit Parisijs sub Clemente Papa VI. Anno Domini MCCCXLIV.

Ioannes Balistarij Cathalanus, Prior totius Ordinis Generalis XVI. vir in diuinis Scripturis eruditissimus, & sæcularibus, philosophiæ scrutator acutus, ingenio præstans & clarus eloquio, scripsit quædam præclara volumina, quibus nomen suum posteris destinauit. E quibus extant subiecta: *Super Sententias*, lib. 4. *Constitutiones Ordinis sui*, lib. 1. *De nouissimis temporibus ad Papam*, lib. 1. Et quædam alia. Moritur Anno Domini MCCCXLIV. Indiæ. XII. Kalend. Octobr. in Conuentu Maioricarum sepultus.

Petrus Rimi de Perpiniano, patria Cathalanus, vir valde eruditus, Doctor S. Scripturæ, ingenio profundus, & clarus eloquio, scripsit insigne Volumen *super Sententias*, lib. 4. *In totum quoque Psalterium*, lib. 1. *Sermones in super. & varios, & elegantes* composuit, qui ad manus nostras non uenerunt.

Herenus de Boyo, natione Brito, vir in diuinis Scripturis peritissimus, & sæcularis philosophiæ non ignarus, ingenio subtilis, eloquio scholasticus, & sanctarum interpres literarum, Doctorq; Parisiensis profundus, fertur nonnulla præclara volumina cudisse, quibus memoriam sui posteris commendauit. E quibus extat Opus insigne *super Sententias*, lib. 4. *Quæstiones varia*, & alia quæ nos latent.

Ioannes de Regno, natione Gallus, Conuentu Tholosanus, in Scripturis sanctis Doctor eruditus,
inges

ingenio subtilis, & promptus eloquio. Scripsit *super Sententias*, lib. 4. *In Euangelium Matthæi*, lib. 1. *Sermones de Tempore & de Sanctis*, lib. 2. *Quadragesimale quoque*, lib. 1. Et quædam alia.

S Petrus Thomæ, Episcopus Pacensis, ac postea Patriarcha Constantinopolitanus: vir in diuinis Scripturis studiosus & eruditus, vita & conuersatione sanctissimus: quippe qui multis & viuis & mortuis miraculis coruscavit. Fertur nonnulla præclara scripsisse Opuscula, quibus ingenium suum vtiliter exercitavit. De quibus feruntur subiecta: *Super Sententias*, lib. 4. *De purissima Conceptione B. Mariæ Virginis*, lib. 1. *Sermones quoque var.* lib. 1. *Et quasdam ad diuersos Epistolas*. Moritur Anno Dñi MCCCLXVI. Indictione tertia, 8. Iduum Ianuarias, miraculis clarus.

C Sbertus natione Anglicus, vir in diuinis Scripturis eruditissimus, & in sæculari philosophia egregiè doctus; acuti & vehementis ingenij, eloquij scholastici, in disputandis soluendisq; quæstionibus Scripturarum promptus & subtilis. Scripsit elegantissimum Volumen *super Sententias*, lib. 4. *Quæstiones varias disputatas*, lib. 1. *Sermones quoque diuersos*, lib. 1. Alia insuper nonnulla scripsisse dicitur, quæ nos ignoramus.

T Hilmannus Conuentus Aquensis, natione Teutonicus, Prior Prouincialis inferioris Alemanniæ, sacrarum litterarum insignis Professor, ingenio præstans, & clarus eloquio, declamator sermonum egregius. Scripsit *super Sententias*, lib. 4. *In Euangelium Matthæi lecturam notabilem, quam Colonia in Conuentu publicè legit*, lib. 1. *Sermones quoque varios; & quædam alia*. Claruit Anno Domini MCCCLXX.

Hen-

Henicus Dolendorp, natione Teutonicus, ante Thilmannum Prouincialis Prior inferioris Alemanniæ, vir doctus & eruditus, & declamator celeberrimus, ingenio præstans & eloquio scholasticus, disputator quæstionum acerrimus, scripsit *notabile Opus super Sententias*, lib. 4. *Sermones quoque varios & viles*. Et quædam alia. Moritur in Conuentu Colonienf. sepultus Anno Domini MCCCLXVI. Indictione tertia, 4. Iduum Febr.

Philippus Riboti, Prior Prouincialis Cathaloniz, vir in diuinis Scripturis studiosus & eruditus, ingenio promptus, eloquio apertus, ac regularis disciplinæ curiosus moderator. Scripsit inter alia ingenij sui monumenta *Opus insigne de Origine & Progressu Ordinis sui*, quod prænotauit *de peculiaribus gestis Fratrum Carmelitarum*, lib. 10. Alia quoque nonnulla composuisse dicitur, quæ ad manus nostras non venerunt.

Robertus de Monstrolo, natione Gallus, vir in diuinis Scripturis studiosus & eruditus, ingenio subtilis, & clarus eloquio, decus quondam Gymnasij Parisiensis. Scripsit *super Sententias*, lib. 4. *In Epistolas Pauli notabilem lectionem*, lib. 14. *Quæstiones varias*, lib. 1. *Sermones quoque de Tempore, & de Sanctis*, lib. 2. Alia etiam nonnulla scripsisse dicitur, quæ necdum vidi.

Ioannes Fust Conuentus Crutzenacensis Lector, & postea Prior Argentinenfis, natione Teutonicus, ex Comitatu Spanheimensi oriundus, vir in diuinis Scripturis studiosus & eruditus, ingenio subtilis, & clarus eloquio, declamator sermonum celeberrimus. Scripsit inter alia *Sermones elegantes de Tempore*, lib. 2. *De Sanctis quoque*, lib. 2. *Sermones per Quadragesimam*, lib. 2. Et alia quæ nos latent.

Ioan-

Ioannes de Hildesheim vrbe Saxonix oriundus. Lector Conuentus ibidem, in diuinis Scripturis studiosus & eruditus, secularium quoque literarum non ignarus, Philosophus & Poeta insignis, Carmine exercitatus & Prosa, declamator sermonum ad populum famatissimus. Scripsit non contemnenda lectionis Opuscula, de quibus feruntur subiecta: *Ad Florentium Episcopum Monasteriensem in VVestphalia de Translatione Trium Regum in ciuitatem Coloniensem*, lib. 1. *Chronica quoque iucunda & utilis*, lib. 1. *Defensorium Ordinis sui*, lib. 1. *De fonte vita*, lib. 1. *De Antichristo*, lib. 1. *Contra Iudaos*, lib. 1. *Contra turpia pingentem*, lib. 1. *Opus metricum de Monstris in Ecclesia*, lib. 1. *Epistolarum ad diuersos*, lib. 1. *Sermones de Tempore & de Sanctis*, lib. 2. Alia quoque nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam adhuc non venerunt. Claruit sub Carolo Imperatore IV. Anno Domini MCCCLXX. & varia Carminum composuit Epigrammata.

Ioannes Golein, Normannus natione, Prior Rothomagensis, vir in diuinis Scripturis studiosus & eruditus, atque in secularibus libris sufficienter doctus, ingenio subtilis, & clarus eloquio: Scripsit non spernenda auctoritatis Opuscula, quibus nomen suum ad notitiam posteritatis cum gloria transmisit. E quibus extant *super Sententias*, lib. 4. *Super officio Missæ*, lib. 1. *Quæstiones quoque varia*. Et, vt ferunt, quædam alia.

Ioannes Tacesfale, natione Anglicus, Conuentus Noruicensis, vir doctus & in Scripturis sanctis atque in Iure & Philosophia multum eruditus, ingenio promptus, & ad declamandum sermones ad populum idoneus: Scripsit *super Sententias*, lib. 4. *In Apocalypsim lecturam notabilem*, lib. 1. *Sermones quoque varios ad populum*. Alia insuper nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Missus tandem Romam, ibidem mortuus est.

Ar-

Arnoldus de Biffalis, Episcopus Galtellienfis, vir in diuinis Scripturis studiosus & eruditus, & secularis Philosophiæ non ignarus, ingenio profundus, & clarus eloquio, in declamandis ad populum sermonibus excellentis opinionis: scripsit *notabile Opus sermonum Dominicæ*, quod sic incipit: *In medio Carmeli pascetur Bajan.* Cætera quæ scripsisse dicitur, nos latent.

Ioannes Hornebij, natione Anglicus, Doctor in Scripturis sanctis copiosus & eruditus, ingenio subtilis, & disputator quæstionum acutissimus, fertur nonnulla præclara composuisse Opuscula, quibus venam abundantis ingenij sui etiam posteris notificauit. E quibus extat *Opus defensorium antiquitatis Ordinis sui*, lib. I. *Sermones quoque varij.* Et quædam alia. Claruit in Gymnasio Canthabrigens. An. Domini MCCCXXIV. vbi varia composuit.

Franciscus Martini, natione Cathalanus, Conuentus Barchinonensis, vir in diuinis Scripturis studiosus & eruditus, in declamandis sermonibus ad populum excellentis ingenij fuit. Scripsisse autem nonnulla Opuscula dicitur, in quibus profunda scientia eius demonstratur. E quibus extant subiecta. *De Conceptione B. Mariæ semper Virginis*, lib. I. *Compendium in honorem Ordinis sui*, lib. 7. Et quædam alia. Claruit in Conuentu prædicto, An. Domini MCCCXXX.

Franciscus de Bachone, Conuentus Gerundenfis, vir in diuinis Scripturis doctus, & secularis Philosophiæ non ignarus, ingenio subtilis, & disputator acutus: Scripsit *insigne Volumen super Sententias*, lib. 4. *Summam etiam quandam Prædicantium*, lib. I. Alia quoque plura composuisse dicitur, quæ ad manus nostras non venerunt.

Ioan-

Ioannes de Ciminetho, Lector Conuentus Me-
tensis, natione Gallus, vir in diuinis Scripturis
studiosus & multum eruditus, ingenio præstans,
& clarus eloquio; declamator sermonum popula-
rium egregius. Scripsit *Speculum institutionis Or-*
dinis sui, lib. 1. *Sermones de Tempore*, lib. 1. *Sermones*
quoque de Sanctis, lib. 1. *Sermones per Quadragesimam*,
lib. 1. Alia quoque nonnulla composuisse dicitur,
sed ad notitiam meam adhuc non venerunt.

Ioannes Nobleth, natione Gallus, Conuentus
Parisiensis, vir in diuinis Scripturis studiosus & e-
ruditus, & in sæcularibus litteris egregiè doctus,
Philosophus & Medicus insignis: Scripsit ingenij sui
quædam præclara Opuscula, quibus nomen suum
cum gloria transmisit ad posteros. De quorum nu-
mero subiecta feruntur: *Opus insigne, quod præno-*
tauit Centilogium, lib. 1. *In Euangelium Ioannis*,
lib. 1. *In multos quoque alios Bibliæ libros Commen-*
tarios & lecturas compilasse dicitur, quæ ad notitiam
meam non venerunt.

Nicolaus Dorhm, natione Anglicus, Doctor
Oxonienſis, in Scripturis sanctis eruditus, &
in Philosophia Aristotelica subtiliter doctus,
acutus ingenio & vehemens, disputator questionum
scholasticarum insignis: Scripsit *super Sententias*, l. 4
Determinationes quoque diuersarum questionum, l. 1.
Tabulam originalium. Alia insuper multa scripsisse
dicitur, quæ ad me non venerunt.

Ioannes Marre, natione Anglicus, Doctor Oxo-
niensis, in Scripturis sanctis studiosus & eruditus,
ingenio subtilis & vehemens: Scripsit inter alia
exercitij sui Opuscula, *Determinationes contra ha-*
reticos VVickleffitas, lib. 1. Alia quoque multa scri-
psisse dicitur, sed ad notitiam meam adhuc non ve-
nerunt.

Ioan-

Ioannes de Gluel, natione Teutonicus, Prior Conuentus Coloniensis, vir in diuinis Scripturis eruditus, & secularis Philosophiæ non ignarus, ingenio clarus, vita & conuersatione deuotus. Scripsit *Sermones de Tempore*, lib. 1. *Sermones quoque de Sanctis*, lib. 1. *Sermones per Quadragesimam*, lib. 1. Alia quoque nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Claruit in Conuentu suo Coloniensi, vbi & sepultus est.

Valterus Disse, natione Anglicus, vir in diuinis Scripturis valde eruditus, & declamator sermonum popularium celeberrimus, ingenio subtilis, & apertus eloquio: Scripsit non spernendæ lectionis Opuscula, de quibus subiecta feruntur: *Contra Lolhardos*, lib. 1. *De schismate*, lib. 1. *Super quosdam Psalmos*, lib. 1. *Sermones de Tempore*, lib. 1. *Sermones quoque de Sanctis*, lib. 1. Et quædam alia, quæ ad notitiam meam non venerunt. Hic fuit Nuncius & Legatus BONIFACII PAPÆ IX. in Regnis Angliæ, Hispaniæ, Portugaliæ, Nauarreg, Arragoniæ, & in partibus Vasconiæ, Crucem contra Hæreticos & Schismaticos prædicans. Claruit sub Wenceslao Imperatore, Anno Domini MCCCLXXX. & in Conuentu Noruicensi sepultus est.

Philippus de Ferraria, natione Siculus, Episcopus (vt quidam volunt) Pacensis, Doctor S. Theologiæ celeberrimus, ingenio clarus, & scientia profundus, sermonum declamator egregius. Scripsit valde notabiles *Sermones de Tempore*, lib. 1. *Sermones quoque de Sanctis*, lib. 1. Et quædam alia. Claruit in Regno Siciliæ, prædicans coram Rege & alijs, non sine fructu omnium.

Richardus Lauinham, natione Anglicus, sacrarum literarum Doctor Oxoniensis, vir subtilis
& ve

& vehementis ingenij, disputator quæstionum acutus, & declamator sermonum egregius: Scripsit quædam præclara Opuscula, quibus memoriam sui posteris commendauit. E quibus extant subiecta: *Contra Lolhardos determinationes*, lib. 1. *Determinationes quoque notabiles pro libro Reuelationum S. Brigitta*, quas in *Gymnasijs Oxoniensi & Londoniensi publice legit*, lib. 1. *Opus quoque insigne de Ordinis sui fundatione incepit*, quod morte præuentus non compleuit. Composuit etiam *nonnulla in Logicalibus & Philosophicalibus*, quæ ad manus nostras non venerunt.

Richardus Maidescoteus, natione Anglicus, Doctor S. Scripturæ Gymnasij Oxoniensis, ingenio præstans, & clarus eloquio, declamator sermonum egregius: fertur quædam præclara cussisse Opuscula, quibus nomen suum posteris notificauit. E quibus extat *contra Lolhardos*, lib. 1. *Sermones de Tempore*, lib. 1. *Sermones quoque de Sanctis*, lib. 1. *Et varia quæstiones*. Alia insuper nonnulla composuit, quæ ad notitiam meam non venerunt.

Guilhelmus Talisfordiæ, natione Anglicus, Doctor SS. Scripturarum studij Cantabrigiensis, vir eruditus & studiosus, ingenio subtilis, vita & conuersatione deuotus, declamator sermonum egregius, scripsit valde notabiles *Sermones de Tempore*, lib. 1. *Sermones quoque de Sanctis*, lib. 1. *Varias quoque lecturas scripturarum* composuit, quas in præfato Gymnasio legit.

Thomas Lombe, natione Anglicus, Doctor sacrarum literarum celeberrimus Gymnasij Oxoniensis, vir sapientia & eruditione clarus, ingenio subtilis, & disputator quæstionum scholasticarum acutus: Scripsit *contra Lolhardos & Wicklessitas*, lib. 1. *De Incarnatione Verbi*, lib. 1. Dicitur & alia scripsisse Opuscula, quæ necdum vidi.

D

Nico-

Nicolaus Ritzonis, Conuentus Cathanenſis, natione Siculus, & Prior Prouincialis Siciliæ, Doctor Theologus Gymnaſij Bononiienſis, in declamandis ad populum ſermonibus excellentis ingenij: Scripſit, dum adhuc Bononiæ literis operam daret, *Sermones elegantes de Tempore*, lib. 1. *Sermones quoque de Sanctis*, lib. 1. *Duo inſuper Quadrageſimalia* compoſuiſſe dicitur; quorum lectio declamatoribus vtilis iudicatur. Alia quoque nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt.

Ioannes Campſconenſis, natione Anglicus, vir in diuinis Scripturis ſtudioſus & eruditus, & ſæcularis Philoſophiæ non ignarus; ingenio præſtans, & clarus eloquio, declamator ſermonum popularium excellentiſſimus. Scripſit ad vtilitatem legentium *Sermones de tempore*, lib. 1. *Sermones quoque de Sanctis*, lib. 1. Cetera, quæ compoſuit, ad notitiam meam non venerunt.

Ioannes Schonhouen, natione Teutonicus, Prior Conuentus Mechlinienſis, vir in diuinis Scripturis ſtudioſus, & longa exercitatione doctus, ingenio ſubtilis, & promptus eloquio, in declamandis ad populum ſermonibus excellentis ingenij: Scripſit *notabile Opus in duobus Voluminibus ſecundum ordinem alphabeti, quod prænotauit, Polipodion, Prædicatoribus verbi Dei valde accommodum*, lib. *Sermones quoque de Tempore*, & *de Sanctis* varios edidit: & quædam alia.

Blaſius Andernarij, natione Gallus, vir in Scripturis ſanctis ſtudioſus & eruditus, & ſæcularium literarum non ignarus; ſcripſit nonnulla præclara Volumina, quibus acrimoniam ingenij ſuæ etiam poſteris notificauit. E quibus extat *Opus celebre ſuper Sententias*, lib. 4. *Quæſtiones quoque varia*

in scholis disputate. Cætera vero, quæ composuit, ad notitiam nostram minime venerunt.

Henicus de Andernacho, natione Teutonicus, Coloniensis Diœcesis, vir tam in Scripturis diuinis quam in sæcularibus scientijs studiosus & eruditus, ingenio promptus, & disputator acutus: Scripsit *Volamen insigne super Sententias*, lib. 4. *Sermones de Tempore*, lib. 1. *Sermones quoque de Sanctis*, lib. 1. *Quæstiones Philosophia*. Sed & alia quædam composuit, quæ ad me non venerunt.

Stephanus Anglicus, Doctor Oxoniensis, & Prior Prouincialis Angliæ, vir in diuinis Scripturis eruditus, & sæcularis Philosophiæ non ignarus, ingenio præstans, & clarus eloquio, non minus vitam quam eruditione decorus. Scripsit *contra Lolhardos*, lib. 1. *Sermones tam de Tempore, quam de Sanctis per circulum anni notabiles*, lib. 2. *Quæstiones quoque varias*, lib. 1. *Repertorium argumentorum suorum*, lib. 1. *Lecturas etiam quasdam notabiles in Biblia libros edidit, cum alijs multis, quæ me latent.*

Arnoldus de Austria, natione Teutonicus, Conuentus Viennensis, & Gymnasij eiusdem urbis Doctor, in diuinis Scripturis valde eruditus, & in sæculari Philosophia notabiliter doctus, ingenio subtilis, & disputator quæstionum scholasticarum egregius, fertur nonnulla præclara scripsisse Opuscula, quibus memoriam sui posteris commendauit. E quibus extat *Volumen insigne super Sententias*, lib. 4. *Sermones quoque & varia quæstiones*. Claruit in præfato Gymnasio Viennensi, ubi & dictam lectionem suam libri Sententiarum publice legit.

Ioannes Brammart, natione Teutonicus, Conuentus Aquensium Prior Prouincialis inferioris

Alemannia, Doctor Parisiensium in Scripturis diuinis studiosus & eruditus, ingenio subtilis, & compositus eloquio, vita & conuersatione deuotus, scripsit *insigne opus super Sententias quatuor libros continens*, quod Parisijs compleuit. Anno Domini MCCCLXXX. Indictione 3. Incipit autem sic: *Verbum Domini super Ioannem. Sermones quoque & varias quaestiones.* Moritur, in Conuentu Colonienſi ſepultus, Anno Domini MCCCXVII. Indictione XV.

Michael de Bononia, natione Italus, Prior Generalis, vir in diuinis Scripturis studiosus & eruditus, & ſæcularium literarum non ignarus, ingenio clarus, & diſertus eloquio: Scripsit multa præclara Opuscula, quibus memoriam ſui poſteris commendauit. E quibus ſubiecta feruntur: *Super Sententias*, lib. 4. *Sed & quaestiones Sententiarum*, lib. 1. *Tabula Sententiarum*, lib. 1. *In totum Psalterium Opus grande*, lib. 1. *In Euangelium Matthæi*, lib. 1. *In Euangelium Lucae*, lib. 1. *Tabula Moralium Gregorij Papa in Iob*, lib. 1. *Tabula super decreto*, lib. 1. *Depurissima Conceptione B. Mariae semper Virginis*, lib. 1. *Sermones varij*, lib. 1. *Quadragesimale notabile*, lib. 1. *In multos etiam libros Aristotelis commentatus est*, in *Valerium quoque Maximum*, in *Philosophia*, in *Iure Canonico*, & in *Oratoria* ſimiliter varia ſcripsit. Et multa alia, quæ ad me non uenerunt. Moritur Bononia, ante ſummum Altare ſui Conuentus ſepultus, Anno Domini MCCCXVI. Kal. Decemb.

Ioannes Groſſi, patria Tholoſanus, Prior Ordinis Generalis, Doctor diuinarum Scripturarum inſignis, & ſæcularis Philoſophiæ non ignarus, ingenio clarus, & promptus eloquio: Scripsit nonnulla Opuscula, de quibus ſubiecta feruntur: *Opusculum de Ordinis ſui inſtitutione & profectu*, quod prænotauit *Viridarium*, lib. 3. *Sermones quoque & varia in Scripturis quaestiones.* Moritur ſub Martino Papa V. An-

Anno Domini M. cccc. quarto & vicesimo. Indictione secunda.

B Thomas Valden, natione Anglicus, Prior Prouincialis Angliæ, vir in diuinis Scripturis studiosus, & valde eruditus, & in sæculari Philosophia egregie doctus, ingenio subtilis, & clarus eloquio, *Hæreticorum Malleus & fortissimus expugnator*; Scripsit infigne Opus contra *VVickleffitas*, quod prænotauit, *Doctrinale Ecclesia*, lib. 1. In multos quoque libros *Aristotelis Commentarios* fecit, qui à multis in pretio habentur. Alia insuper nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt. Moritur non sine opinione sanctitatis, Rothomagi sepultus, Anno Domini Mccccxxx. Indictione octaua, 3. Nonas Nouembr.

Hic Martinus V. Pæt. Max. Validum Ecclesie Ensem nuncupare solebas.

Ioannes Bernegam, natione Anglicus, Doctor in diuinis Scripturis eruditissimus, & in sæcularibus literis egregie doctus, in declamandis ad populum sermonibus, disputandisque quæstionibus Scripturarum excellentis ingenij: Scripsit *super Sententias Opus præclarum*, lib. 4. Et quædam alia. Claruit sub Eugenio Papa IV, Anno Domini, Mccccxxx

Michael Herbrant de Duren, natione Teutonicus, Prior Conuentus Crutzenacensis, vir in Scripturis sanctis studiosus & eruditus, & multarum rerum experientia clarus, ingenio præstans, & verbi diuini Prædicator egregius: Scripsit quædam non spernendæ lectionis Opuscula, quibus nomen suum posteris notificauit. E quibus extant *Sermones, & plures, & notabiles*, lib. 1. *Collationes quoque multa & varia in Capitulis & Synodis habita*, lib. 1. Cætera, quæ composuit, ad notitiam meam non venerunt. Claruit sub Ruperto Bauaro, Rege Romanorum, Anno Domini M. cccc. x.

D 3

Ioan-

Ioannes Gauuuer, natione Teutonicus, Conuentus Maguntinensium Lector, in diuinis Scripturis studiosus & eruditus, in declamandis sermonibus ad populum excellentis ingenij fuit. Scripsit quædam præclara Opuscula, de quibus reperit subiecta: *Super Sententias*, lib. 4. *In Exodum*, lib. 1. *Vnum Euangelium ex quatuor*, lib. 1. *Sermones de Tempore*, lib. 1. *Sermones quoque de Sanctis*, lib. 1. *Quadragesimale*, lib. 1. Cætera, quæ composuit, ad notitiam meam non venerunt. Claruit sub Sigismundo Imperatore Anno Domini M. cccc. xxx. sepultus in Conuentu suo Maguntinensium.

Iacobus de Regio, natione Italus, vir in diuinis Scripturis doctissimus, & in secularibus literis magnificè imbutus, trium linguarum principalium Hebraicæ, Græcæ & Latinæ peritus, ingenio clarus, & disertus eloquio, Metro excellens & Prosa. Scripsit *notabiles Sermones per Quadragesimam*, lib. 1. *Multa etiam carmina* scripsisse dicitur, sed ad notitiam meam non venerunt. Claruit sub Friderico Imperatore III. Anno Domini M. cccc. lx.

Ioannes Soreth, natione Normannus, Prior totius Ordinis Generalis, vir in diuinis Scripturis doctus & eruditus, ingenio subtilis, sermone compositus, vita & conuersatione deuotus, atque sanctissimus, maximus & feruentissimus sui Ordinis Reformator, pro cuius institutione & multos & dueros labores patientissime sustinuit: Scripsit quædam præclara Volumina, quibus venam ingenij sui etiam posteris notificauit. E quibus subiecta feruntur: *Super Sententias*, lib. 4. *Sermones varij*, lib. 1. *In Regulam Ordinis sui duplex Commentum* edidit, lib. 2. *Constitutiones quoque eiusdem Ordinis* comportauit. Moritur Andegauis sub Friderico Imperatore III. & Sixto Papa IV. Anno Domini M. cccc. lxxi. Indictione

diétione 4. 8. Kal. Augusti, multis quotidie miraculis coruscans.

Golvvinus Hex, patria Brabantinus, Conuentus Vliſſinensis Episcopus Ieropolitanus, Traiectensis Episcopi Vicarius in Pontificalibus, vir in diuinis Scripturis egregie doctus, ingenio subtilis, & clarus eloquio, in declamandis ad populum sermonibus valde eruditus: Scripsit *de decem Præceptis*, lib. 1. *Directorium turbata conscientia*, lib. 1. *Sermones de Tempore*, lib. 1. *Sermones de Sanctis*, lib. 1. Et quædam alia. Moritur sub Friderico Imperatore III. Anno Domini M. cccc. lxxv. Indictione 8. Kalend. Aprilis.

Ioannes Beets, natione Teutonicus, Conuentus Thenensis, Doctor sacrarum literarum celeberrimus, & in philosophia sæculari multum eruditus, ingenio subtilis, eloquio clarus, disputator acutus, Dei verbi Prædicator egregius, non minus conuersatione quam scientia venerabilis. Scripsit ad ædificationem Fratrum quædam præclara Volumina, de quibus feruntur subiecta: *In Epistolam Pauli ad Romanos*, lib. 1. *Præceptorium diuinæ legis*, lib. x. *De Sacramento Altaris*, lib. 1. *Sermones de Tempore*, lib. 1. *Sermones quoque de Sanctis*, lib. 1. *Questiones varia disputata*, lib. 1. Et quædam alia. Moritur Anno Domini M. cccc. lxxvi. 16. Kal. Augusti.

Valterus Hont, natione Anglieus, vir in diuinis Scripturis valde eruditus, & sæcularium literarum non ignarus, ingenio subtilis, scientia profundus, studio & exercitatione lectionis continuus, fertur nonnulla præclara scripsisse Opuscula, quibus memoriam sui posteris commendauit. E quibus extat *Opus insigne super Sententias*, lib. 4. *De paupertate Christi*, lib. 1. Alia insuper quam multa composuisse dicitur, quæ ad notitiam meam non

venerunt. Claruit sub Sixto Papa IV. Anno Domini
MCCCLXXX. Et nescio, si adhuc viuat.

*Fuit hic
Archiepis.
Panormit.
ac Sicilia
Primas.*

PAulus Biscontus, NICOLAI Papæ V. quondam
Confessor, vir in diuinis Scripturis iugi studio
exercitatus & eruditus, ingenio subtilis, & cla-
rus eloquio: fertur de varijs rebus multa scripsisse
Opuscula, quibus nomen suum posteris notificauit,
Ego tamen vsque in hunc diem nihil eorum potui
inuenire. Claruit Anno Domini millesimo cccc,
& XL.

IOannes de Dufeldorp, natione Teutonicus,
Conuentus Maguntinensis, & Prior Argenti-
nensis, vir in diuinis Scripturis studiosus, & Do-
ctor valde eruditus, ingenio promptus, & clarus e-
loquio, in declamandis ad populum sermonibus
facundus, & multum idoneus, vita & conuersa-
tione deuotus, & regularis disciplinae custos & a-
mator præcipuus. Scripsit *de obseruantia dierum Fe-
storum*, lib. 1. *Itinerarium Terra sancta, quam per-
sonaliter visitauit*, lib. 1. *Sermones varios de Tempore
& de Sanctis*, lib. 2. Et alia complura. Moritur in
Conuentu suo Argentinensi sepultus, Anno Domini
MCCCCXIV. Indictione vero XII.

IOannes Consobrinus, patria Portugalis, vir
in diuinis Scripturis eruditissimus, & sæcularium
literarum non ignarus, Theologus, Philosophus
ac Iurista celeberrimus, ingenio subtilis, & clarus
eloquio, declamator sermonum egregius, qui mul-
ta contra Hæreticos fortiter gessit pro Christi amo-
re: Scripsit ad instantiam præpositi regalis Collegij
Diuæ Mariæ de Amhten in Anglia *Opus tripartitum
insigne de Contractibus & Commutationibus*, quod
prænotauit, *de Iustitia commutatiua*, lib. 4. *Sermo-
nes quoque varios*. Et quedam alia, Constatum
Francisci Maronis grato compendio abbreviauit.
Cla-

Claruit Anno Domini M. cccc. lxxv. Et sub Sixto Pontifice IV. Vlixbonæ non sine veneni potati opinione mortem subiit.

Ioannes de Arundine, natione Teutonicus, Conuentus Brugensis, Episcopus Vsbitenfis, vir in diuinis Scripturis eruditus, & in sæculari Philosophia egregie doctus, declamator sermonum celeberrimus, ingenio subtilis, eloquio & conuersatione clarus: Scripsit multa præclara Opuscula, quibus nomen suum longe notificauit. De quibus feruntur subiecta: *Lectura notabilis in librum Sapientia*, lib. 1. *In Epistolam Pauli ad Romanos*, lib. 1. *Super, Beati immaculati, Sermonum*, lib. 1. *Sermones de Tempore*, lib. 1. *Sermones de Sanctis*, lib. 1. Alia quoque multa scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt. Viuit adhuc in vrbe Traiectensium Vicarius Episcopi in Pontificalibus ibidem existens.

Baptista Ferrariensis, vir in diuinis Scripturis eruditus, & in sæcularibus litteris egregie doctus, metro excellens & prosa, vtriusque linguæ peritus, in declamandis sermonibus ad populum excellentis ingenij: Scripsit multa instructa Volumina, quibus nomen suum longe lateque diuulgauit. E quibus subiecta feruntur: *Opus luculentissimum historiarum à Christi natiuitate vsque ad nostra tempora, quod Floridam prænotauit*. *Chronica quoque sui Ordinis*, lib. 1. *De ruina Roman. Imperij*, lib. 1. *De monte Syna*, lib. 1. *Vita Mechtildis*, lib. 3. *Chronica Ferrariensium*, lib. 1. *Sermones varij*, lib. 3. *Multa Epigramata diuerso genere metri composuit*. *Conuerit de Græco in Latinum complures Sermones B. Ioannis Chrysofomi*. Et alia plura nobis incognita. Viuit vsque hodie apud Ferrariam, & varia conscribit.

Ioannes Vuirici, de Nussia, natione Teutonicus, Conuentus Coloniensis, Prior Prouincialis inferioris Alemanniae, vir in diuinis Scripturis studiosus & eruditus, & in saeculari Philosophia egregie doctus, ingenio promptus, & clarus eloquio, diuini verbi Praedicator famosus, fertur ab his, qui eum nouerunt, scripsisse *super Sententias*, lib. 4. *Sermones & Collationes varias*, quae suo tempore prodibunt in lucem. Viuit adhuc in Conuentu suo Coloniensi varia conscribens.

Ioannes Placentinus, vir vndecunque doctissimus, Theologus & Rhetor celeberrimus, ingenio promptus, & disertus eloquio, Graecae ac Latinae linguae peritissimus, quippe qui multa eleganter traduxit: Fertur complura scripsisse Opuscula, quibus nomen suum immortalitati consecrauit. E quibus vidi duntaxat. *Vocabularium Graecum*, Opus profecto utile & necessarium, lib. 1. Extat eius & aliud *Volumen minus*, ubi Latinum Graeco praepositur, lib. 1. *Ad Ludonicum Donatum Episcopum Bergomensem* e Graeco Psalterium de verbo ad verbum propriissime transtulit, quod Opus nemo digne laudare sufficit: in quo Graecam translationem praemisit literis Graecis, & suam subnectit Latinis. *Epistolas & plures & elegantes ad diuersos composuit*. Alia quoque multa scripsisse dicitur, quae ad notitiam meam non venerunt. Claruit sub Innocentio Papa VIII. Et credo eum adhuc viuere.

Ioannes Scandeberti, Episcopus Erfordensis in Anglia, vir in diuinis Scripturis eruditissimus, & saecularium literarum non ignarus, ingenio subtilis, & clarus eloquio, vita quoque & conuersatione deuotus: Fertur multa praecleara scripsisse Opuscula, quibus nomen suum longe lateq; notificauit, Sed nihil eorum ad notitiam meam peruenisse memini.

mini. Claruit in Anglia sub Sixto Papa IV, Anno Domini M. cccc. lxxx. Nescio si adhuc viuat.

Baptista Mantuanus, vir in diuinis Scripturis eruditissimus, & in secularium literarum scientia nulli hoc tempore secundus, S. Theologiae Doctor insignis, Philosophus, Orator & Poëta celeberrimus, ingenio subtilis, sermone disertus, vita & conuersatione præclarus, vtriusque linguæ, Græcæ videlicet ac Latinae peritus, qui Metro Virgilium, Ciceronem Prosa æquat, ne dicam superat. Scripsit vtroque genere stili multa egregia Volumina, quibus nomini suo per vniversum Orbem Christianum celebrem famam acquisiuit. E quibus subiecta feruntur: *Dialogus de beata vita ad genitorem suum*, lib. 1. *Suburbanus metrice de Bucolis*, lib. 1. *De laudibus S. Mariae Parthenices*, lib. 3. *De S. Katharina Martyre*, lib. 1. *De vita Ludouici Bononiensis*, lib. 1. *De vita S. Alberti sui Ordinis carmine Sapphico*, lib. 1. *De calamitate horum temporum, siue de peccatis capitalibus carmine Heroico, elegantissimum Opus*, lib. 1. *Panegyricus Roberti*, lib. 1. *Somnium suum de eodem*, lib. 1. *Ad Falconem Epigrammatum Opus varium, quod Falconem pranotauit*, lib. 1. *Consolatio super morte*, lib. 1. *De contemptu mortis*, lib. 1. *Contra Poetas turpia scribentes*, lib. 1. *Ad Innocentium Papam VIII. de expugnatione Granata*, lib. 4. *De patientia*, lib. 1. *De ortu & diuersitate Religionum*, lib. 1. *Apologia pro Fratre Petro*, lib. 3. *Introductorium subtilis Scoti*, lib. 1. *Orationes elegantes & variae*, lib. 1. *Epistolas penè ad diuersos scripsit innumerabiles. Diuersi quoque generis infinita & elegantissima carmina edidit, quae in lucem suo tempore prodibunt.* Enimvero tam promptus & elegans versificator est, vt similem nunquam habuerit, si ad maiestatem carminis & omnis Philosophiæ ac eruditionis notitiam mentem apposueris. Viuit vsque hodie in Italia Carmelitici Ordinis vnicum decus, Princepsq;

cepsq; Doctorum, & multa componit, indies publicanda.

Arnoldus Bostius, natione Teutonicus, Conuentus Gandauensis in Flandria, vir in diuinis Scripturis studiosissimus, & valde eruditus, atque in secularibus litteris egregie doctus, ingenio promptus, & clarus eloquio, Theologus, Philosophus, & Poëta insignis, metro exercitatus & prola; vita & conuersatione deuotus, & regularis disciplinæ amator & custos præcipuus, scripsit metro & prola quædam præclara Opuscula, quibus nomen suum multis innotuit. E quibus ista feruntur: *Volumen prosaicum versibus mixtim interpositis, quod de Patronatu Dei Genitricis Carmelitici Ordinis prænotauit, lib. 1. De illustribus Viris Ordinis sui, lib. 1. De illustribus Viris Ordinis Carthusiens. lib. 1. De purissima Conceptione Dei Genitricis & Virginis Maria contra Vincentium de nouo Castro, lib. 1. De quatuor nouissimis, lib. 1. Sermones quoque varij. Epistolas tam ad me, quam ad alios multas edidit, quarum incertus est numerus. Carmina etiam complura de varijs materijs edidit. Alia quoque nonnulla composuit, quæ ad notitiam nostram non venerunt. Viuit adhuc Gandau, varia componens, & multos ad studium literarum prouocans,*

Ioannes de Aqua veteri, natione Teutonicus, patria Brabantinus, Conuentus Mechliniensis, vir in diuinis Scripturis studiosus, & longa exercitatione peritus, in declamandis ad populum sermonibus excellentis ingenij, Ordinisq; sui studiosus amator & cultor deuotus: Scripsit ad multorum Fratrum instantiam & ædificationem *de Initio, Progressu, & Statu sui Ordinis commendabile Opus, quod prænotauit, Fasciculum temporum tripartitum Ordinis Fratrum B. Maria semper Virginis de monte Carmeli, lib. 3. In quorum primo ELIAM & PRO-*

& Prophetas Ordinis sui Fundatores extitisse probat: in secundo Sanctos & Canonizatos ex eodem enumerat: in tertio successiones Priorum Generalium totius Ordinis sui secundum tempora locat. Cætera vero, quæ composuisse dicitur, ad notitiam meam non venerunt. Viuit adhuc in Conuentu Aquensi, & cæpto fortiter perstat in studio, Anno Domini, quo hæc scripsimus, millesimo cccc. xcii. Indictione x.

—————

APOLOGIA AVCTORIS PRO
EO, QUOD NON OMNES DOCTO-
plurima enim inde scitu dignissima deprompserunt, sic tamen, ut ijs multo plura posteris inde eruenda, tanquam ex inexhausto fonte relinquerent. Vos eos secuti aperte ostenditis, quæ hæcenus in eam dicta fuerant, minimam eorum quæ ibi latent, ac dici possunt, partem esse.

Vestris ergo laboribus ac vigilijs, præterquam quod maxima ad *S. Thomæ* gloriam facta est accessio, submota sunt obstacula, quibus veritas *Thomistica* præpediebatur, ne libero pede curreret; neque enim diuersa multorum Authorum aut comparanda erunt, aut legenda volumina, (quod paucis vel propter inopiam, vel ob nimium laborem contingebat) ut totius doctrinæ Thomisticæ, notitia ac defensio habeatur; ad hæc enim his, quibus omnia non vacat legere, satis superq; (etiamsi cætera defint) vestri libri erunt, qui paucis multa, ac penè omnia complectuntur. Vnde cum comparabiles ac lectu faciles sint, atque ab ingentibus expensis ac laboribus redimant, passim distrahentur, omniumq; manibus diu ac noctu terentur, nec quisquam se eorum vsu ac lectione fraudari patietur. Vnde maxima veritati, *id est*, doctrinæ Thomisticæ lux accedet, fidesq; astruetur, præsertim cum à vobis longe absit illius rei suspicio, quam nostris alij falso affingunt, quod in sententias scholæ nostræ necessitate quadam ac partium studio eamus. Quod licet omnino falsum sit, non ita tamen aperte, ut in vobis verum, qui ne minima quidem suspicione apud cordatos viros laborare possitis; cum nullo impetu, nulla necessitate obreptos, in castra nostra venisse, constet apud omnes, qui vos omni humano affectu intactos, aut maiores esse agnoscunt; sed solius veritatis amore, quam illa *Theodidacta* Virgo Mater vestra diuinitus sicut plurima alia accepit, monuitque filios suos apud sanctissimum *Doctorem*, veteremque familiam ipsius (quam princeps ille veritatis Ordinem appellabat) residere; vnde sedem locumque

300 CATALOGVS SCRIPT. ORD. CARM.
vobis veluti digito monstravit, vbi quæri oportet.

Illa se *Theologia Mystica* patris suis *Magistræ* ac *Ducem* præbuerat; noluit *Scholastica Præceptorem* deesse. Itaque sanctissimum *Doctorem* indigitavit ac dedit; præclare profecto, nec potuit sapientius filiorum saluti ac gloriæ, *Mater* prudentissima in omnem partem consulere. Quid enim ad Religionis præsidium tutius? Quid præclarius ad ornamentum? Quam vtriusque sapientiæ, qua tota salus ac perfectio continetur, *Duces* sequi, qui primas sine *Vti Theologia* controverfia obtinerent? Vti enim *Theologia Scholastica* *Thomæ*, ita *Mysticæ* *Theresiæ* *Principis* *Thomæ* habetur. Hos itaque *Duces* sectamini, hæc *duo* *mas*, ita vobis exempla perpetuo ob oculos versantur, quæ *Mysticæ* *S.* ad vnum moribus ac scientia exprimitis. Itaque *Theresiæ* ingenuè fateamur, quod sentimus, licet multi *princeps est.* tate aut scientia vobiscum fortasse contendere possint, sic tamen ambæ in vobis eminent, vt paucos in vtraque pares, nullos ex Ecclesia Catholica superiores habeatis. Hoc Sapientiæ *Matri* & *Thomæ*, vos debere agnoscitis, qui sic vos imbuunt, sic informant, vt religiosæ perfectionis ac scientiæ studiosis exemplo esse possitis, alijs omnibus admirationi. Tot tantisq; bonis, incrementa & perennitatem optamus. Tolosæ in Conuentu *S. Thomæ* Ordinis Prædicatorum, die 2. Maij Anno 1634.

*Religiosissimi & Doctissimi Patres, Confratres vestri,
& in Christo Serui,*

Fr. Guilielmus Matthæus humilis Prior Ord. Præd.
Fr. Antonius Alvarus Supprior,
Fr. Vincentius Vfaronius Lector Theologiæ,
Fr. V. Iammei Lector Theologiæ,
Fr. Antonius Reginaldus Lector Philosophiæ.

IODOCI CLICHTOVEI

NEOPORTVENSIS, CARNVTENSIS

Ecclesiæ in Gallia Canonici, Theologi
præstantissimi

Vixit cir-
ca an. Do-
mini 1524

SERMO DE EXCELLENTIA ET LAVDIBVS
Ordinis Carmelitarum.

*Quum dixerint vobis filij vestri, quæ est ista Religio?
dicetis eis: Victimam transitus Domini est.*

Exodi cap. 12.



Non absurdè mihi dixisse visus est Ci-
cero, omnium sententia Latinæ elo-
quentiæ Princeps, Vir cum doctri-
na, tum virtute præstantissimus: gran-
de imprimis & arduum onus illum
fufcipere, qui se vnum omnibus alijs
silentibus præbet audiendum. Nempe quæcun-
que is affert in medium, non vnus duntaxat aut duo-
rum, sed & omnium, qui astant, iudicio examinanda
depromit. In quibus si quicquam minus rectè aut
accommodate dictum fuerit, non potest illud tot
ac tantorum hominum censuram effugere, quin vel
ab vno omnium deprehendatur, ac iuste damnetur.
Et id potissimum, cum hi coram quibus habenda est
oratio, eruditissimi sunt, & in omni disciplinarum
genere promptissimi. Quos, quicquid proponitur,
quale id ipsum sit, haud minus latere potest, quam a-
cutissimos & lynceos habentem oculos, quod spe-
ctandum obijcitur, prætereire quo sit colore prædi-
tum. Id sane vbi mecum animo reputarem, cogno-
sceremq; coram celeberrimo sapientissimorum vi-
rorum confessu mihi habendam esse concionem:
meæ imbecillitatis conscius, recusavi propemodum
hanc difficilem dutamq; Prouinciam, vt quæ meis
humeris impar, longe valentioribus egeat, quam
mihi adesse sentiam, viribus. Verum altera ex parte

adegit me Vigilantissimi, dignissimiq; Prouincialis
 sacrosancti Ordinis Carmelitani augustissima auto-
 ritas. Cuius & insignis probitas, & litterarum splen-
 dor, cum ad honoratissimam totius Prouinciæ mo-
 derandæ dignitatem euexerunt. Quo itidem Duce
 & Autore eiusdem Religionis successus magnum
 sumpturus speratur incrementum, extirpatis vni-
 que vitiorum monstris & virtute in pristinam digni-
 tatem reuocata. Impulit & me grauiissima eorum,
 qui à determinandis decernendisque rebus ad Reli-
 gionem eandem spectantibus, *Definitores* nuncupa-
 ti sunt, sententia, qui hoc munus obeundum mihi
 crediderunt. Quorum iussis cum reclamare, relu-
 ctariq; non possum, id officij peragendum suscep-
 vestra omnium vel maxime beneuolentia confusus,
 & mihi persuadens, qualiacunque sint quæ dicenda
 proposui, ea vobis ingrata non fore, sed benigna o-
 mnium aure excipienda. Verum ne id quidem à no-
 bis auspiciato perfici potest, si non adsit diuinum
 præsidium, quod operationes humanas omnes præ-
 cipue moderatur & dirigit, vt auriga currum, &
 nauem gubernator. Quod vt expeditius assequa-
 mur, ad candidissimam Virginem MARIAM, Car-
 melitanæ Professionis Patronam & Auspicem, nos
 ipsos cum corpore, tum mente conuertamus, ei
 offerentes illud suauissimum Gabrielis alloquium,
 AVE MARIA.

Exod. 12.

*Cum dixerint vobis filij vestri, quæ est ista Religio?
 dicetis eis: Victima transitus Domini est. Ex loco prius
 adducto. Quæ quidem verba sunt Moysis ducis po-
 puli Israelitici, quem exempturus ex durissimo Æ-
 gyptiorum iugo, Agni Paschalis celebrata immola-
 tione, docet quo pacto posteris suis respondere de-
 beant, qui hanc institutionem Agni Paschalis pri-
 mum fieri viderunt, si forsitan ab eis sciscitatum
 fuerit, quidnam designet huiusmodi ritus Agni Pa-
 schalis. Monetq; hisce verbis Moyses, vt filios suos
 edoceant eam esse victimam à Domino institutam,*
 cum

eum eorum Patres traduxit ex grauissima Pharaonis
 seruitute in libertatem. Quæ quidem verba tametsi
 in hanc sententiam primum prolata fuerint, nihilo
 secius & nostro conducere proposito, & ad Carme-
 liticæ Religionis præconium haud irrationabiliter
 accommodari poterunt. Nempe percontanti cui-
 piam de huiusce Ordinis institutione ac vtilitate,
 non absone responderit quispiam: eum esse vt vi-
 ctimam, qua sacrificantur animæ Religiosorum hu-
 ius Ordinis Deo. Cui sane huiusmodi animarum vi-
 ctima longe est gratissima, dicente Psalmographo:
Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Per quam *Psal. 50.*
 quidem spiritualem victimam fit transitus de carce-
 re ac ærumna huius sæculi, quod vt Ægyptus est, ad
 cœlestem patriam ac felicitatem æternam, quæ est
 vera illa terra promissionis, fluens lac & mel. Per
 quod luculenter ostenditur Carmelitanæ Religio-
 nis excellentia, tribus breuiusculis nostræ orationis *Carm. Re*
 partibus aperienda. Quarum prima demonstrabit *ligionis ex*
 eius excellentiam, propter exordij eius conditio- *cellētia ex*
 nem. Secunda idem explanabit, propter primi eius *triplici ca*
 Institutoris eminentiam. Tertia vero id idem de- *pite osten-*
 clarabit, propter ipsius Religionis vtilitatem, ac *ditur.*
 bene iusteq; viuendi ritum, qui in ea seruatur.

Pro prima parte absoluenda, quæ Carmelitanæ *Origo Car*
 Religionis excellentiam ostensura est, propter ex- *mel. Relig.*
 ordij eius præstantiam: id animaduertere non est *triplici*
 indignum, Carmelitici Ordinis exordium, ob tria *gaudet præ*
 potissimum, præcellentiam quandam insignem ha- *rogatiua.*
 bere.

Primo, quia ipsum ante institutionem diuino nu-
 tu & reuelatum est & præcognitum. Memoriz enim
 proditum est, vt *Scholastica* refert *Historia*, ELIAM *Elias de ea*
 Thesbitem de tribu Aaron progenitum, (de qua & *dē tribu p*
 sacratissima Virgo MARIA originē duxisse legitur) *genitus, de*
 primum Religionis huius fuisse Autorem. Ante cu- *qua & B.*
 ius ortum, Sabbacha Pater ELIÆ vidisse fertur in *V. Maria.*
 somnis viros niueo vestitos amictu, ipsum beneuolē

*Ordo Carmel. nuntu
diuino in-
stitut⁹ est,
in quo dif-
fert ab ali-
is Ordinib.*

*Carmelus
ubi sit.
In eo pri-
mum Ordo
Carm. est
institutus*

ac benigniter salutantes, quod cum secum ipse reuolueret, demirareturq; quidnam id ipsum portederet, ipsum reuelatione à Deo accepisse creditum est, ex eo nasciturum filium, qui huiusmodi candidatorum hominum cœtum primus institueret, & demum per totum terrarū orbem propagaret. Aliarum vero Religionū primam institutionē nō ita diuinis monitis, sed hominum arbitrio ac instituto factam legimus. Secundo, exordij dignitatē manifestat aperte locus, in quo Carmelitanus Ordo primū institutus est, & à quo nomen desumpsit, utpote mons CARMELVS, quem in terra sancta inter Phœniciam & Palestinam situm esse, D. Hieronymus super Isaiam auctor est. Siquidē hunc montem cōscendisse legimus ELIAM, primum Carmelitanæ Religionis caput & principē, ut eo in loco cœlibē castamq; vitam duceret: & quæ Deus futura disposuerat, compleret. Quanto itaque mons iste CARMELVS alijs est eleuator, tanto certè magis æquū videbitur, si præ ceteris virtutis fastigiū cōscendere enitami. Nēpe mōs ob suā celsitudinē aptus est diuinę cōtēplationi locus, & supercœlestib. reuelationibus accipiendis, quā locus planus, accommodatior: quē admodū citius mōtes imbre irrigari, quā loca in planitiē ducta, liquido constat. Præterea mons æternā beatitudinem aptè admodū designat: quippe quanto is editior fuerit & sublimior, tanto cœlo vicinior, & à terra distantior est. Haud secus, quanto vitā à terrenarū rerū cupiditatibus liberiorē & semotiorē ducimus, tātō æternæ felicitati propius accedimus. Verū cōplures (quod magnopere dolēdū est) occurrūt, à mōte quidē nomen sortiti, sed mōtis fastigia exosi, in lutosis conuallib. habitant, hominū frequentiam, improborumq; cōtubernia colūt. Qui cū inter plebeios & infimæ sortis viros, suā neglecta dignitate, versentur, ut eis morib. assimilés euadant, oportet. Enimvero, ut Chamæleon, cuiusq; rei propinquat, eius colorem protinus imbibit & contrahit: ita & homines illorum faciliē imbuuntur moribus, quibuscum frequens eis est consuetudo.

Tertio, Carm. Religionis exordium redditur pre-
 stabilius ceteris, ob propinquitatem loci institutionis
 eius, ad locum nostram redemptionis. Siquidem CARMELVS
 mons, Iudee coterminus est, in cuius vrbē Metropo-
 litana redemptio nostra consummata est. Christus itidem
 praecipue pro Iudaeis redimendis, & potissimum venit.
 Namque mulieri Chanaanę roganti pro liberatione
 filię suę dixit: *Non sum missus nisi ad oues quę perierunt* *Matth. 15*
domus Israël. Deinde, secundoq; loco pro Gentium
 redemptione venisse perhibetur. At hi qui primam
 Carm. Ordini prestiterunt originem, vt ELIAS & *Eliseus*
 ex Iudaeis nati sunt. Qui vero ceteris Religionib. pri-
 ma iecerunt fundamenta, ex Gentib. progeniti sunt.
 Constat itaq; antiquiorem Carm. Religionis quam
 aliarum, esse originem: & ratione exordij in hoc ceteris
 prestare, iureq; victimam transitus Domini dici, quę-
 admodum prius in themate assumptum est: *Cum di-*
xerint vobis filij vestri, quę est ista Religio, &c.

In secunda Sermonis huius parte, vt praemisimus, *Triplici*
 videnda est huius Religionis excellentia, ob primi *argumēto*
 eam instituentis, vt potē ELIÆ, dignitatem, tribus *ostenditur*
 praesertim modis demonstrandam. *dignitas*
& excellē-

Primum quidem elucet ipsius ELIÆ dignitas, quod *ria Elia*
Prophetarum Pater nuncupatus sit. Quod velleo cō- *fūdatōris*
 stat argumento. Nam Dominus Ioannem Baptistam *Ord. Car.*
 (quo inter natos mulierum, ipsius testimonio, non *Elias in*
 surrexit maior) non Isaia, non Ieremia, non alteri *quibus cū*
 cuiquam ex Prophetis confert; sed ELIÆ vt excellen *Ioanne cō-*
 tissimo, cum inquit de Ioanne: *Et si vultis recipere, i-*
uenerit.
ipse est Elias, qui venturus est. Et Gabriel Archangelus *Matth. 11,*
 ad Zachariam, cum sanctissimi Ioannis ortum pra-
 nunciaret, ait: *Ipse praecedet ante illum in spiritu &* *Luc. 1,*
virtute Elia. Siquidem Ioannes legitur vestitus pilis
 camelorum, & zona pellicea circa lumbos eius incinctus.
 De ELIA itidem sacrae tradunt litterę, eum zona pel-
 licea accinctum renibus fuisse. Ioanes etiam conti-
 nentissimę & abstinentissimę fuit vitę, vt qui vinum
 non biberet, & locustas melq; syluestre comederet.

ELIAS identidem, magnæ fuisse sobrietatis & abstinentiæ, in sacris litteris memoratur. Prophetica quoque dignitatis in ELIA perpenditur excellentia, quod ei clarius cæteris reuelatum credatur diuinæ incarnationis mysterium. Nam cum in CARMELI montis vertice prostratus septies puerum misisset, qui obseruaret an quicquam in aëre suboriri videret: cum prius nihil conspexisset puer, septimo regressu vidit nubeculam albam, continentem intra se speciem & effigiem hominis. Quo quidem iudicio sentiunt omnes, ELIAM Diuinæ Incarnationis indubitato prænouisse mysterium: & per nubeculae candorem, sacratissimæ Virginis MARIE candidissimam puritatem; per hominis autem vestigium, nubis ambitu & continentia comprehensum, Filium Dei suscepta carne humana in castissimæ Virginis Vtero degentem intellexisse.

Secundo dignoscitur ipsius ELIÆ præstantia eo ipso, quod CHRISTI propemodum fuit æmulus & imitator: eumq; vt imago veritatem antecederet, in quamplurimis illi persimilis. CHRISTVS enim æcerimus vitiorum fuit detestator, vt qui sæpenumero Phariseorum mala & fictitiam simulatamq; sanctitatem verbis asperis insectatus fuerit. Hunc in modum ELIAS non veritus Regis Achab & Reginae Iezabel ferocem sæuitiam, quadringentos quoque Prophetas lucorum exterminauit gladio: & sæpiusculum tum Regem, tum Reginae, zelo Dei succensus reprehendit. CHRISTVS insuper quadraginta diebus & totidem noctibus à corporeo alimento potuq; abstinuit. Itidem & ELIAS, cum accepto panis subcineritio ambulauit vsque ad montem Dei Oreb, quadraginta dierum totidemq; noctium spatio sine cibo & potu victitans. Ad hæc CHRISTVS quinque panes & duos pisces ita virtute diuina adauxit, vt ex eis satiauerit ferme quinque millia hominum: & quæ superauerant fragmenta, duodecim cophi-

nos impleuerint. Identidem ELIAS viduæ Sareptanæ oleum

3. Reg. 18.

Reuelat

Deus Elia

Incarinati

onis myste

rii & SS.

V. Maria

immacula

tam puri

tatem.

Elias ima

go Christi,

illiq; persi

milis.

Ibid.

Matth. 4.

3. Reg. 19.

Ioan. 6.

3. Reg. 17.

oleum & farinam sic multiplicauit, vt siue illorum imminutione mulier cum domo sua illis enutrita fuerit, donec daret Dominus pluuiam super terram. Demum, CHRISTVS mortuos ad vitam reuocauit, rediuuosq; reddidit. Sic ELIAS Ionam, vt aiunt, defunctum mulieris Sareptanæ filium, resuscitasse legitur. *Ibid.*

Tertio declaratur ipsius ELIÆ dignitas & excellentia eam ob causam, quod eum Dominus in transfiguratione sua dignatus est cum Moyse aduocare, vt suę diuinitatis testem, suiq; aduentus verissimum comprobatores; contra ceruicositatem & duritiem Iudæorum: ad quam tamen transfigurationem non omnes passim Apostolos admisit. Quis ergo non videat eo facto Dominum prætulisse ELIAM Apostolis, & ostendisse ipsum illis præstantiorem fuisse? Quocirca ratione dignitatis ipsius instituentis primum hanc animæ Deo per monasticæ vitæ professionem immolandæ victimam, non abs re dici potest hæc Religio, victima spiritualis transitus Domini, sicut & in principio assumptum est: *Cum dixerint vobis filij vestri, qua est ista Religio &c.*

Matth. 17

Marc. 9.

Luc. 9.

Christus præfert Eliam Ap̄tis

Exod. 12.

Demum, tertia pars orationis nostrę, huiusce Religionis excellentiam patefacere anniretur ex utilitate huius sacratissimę Religionis, quę tribus itidem modis elucescit.

Carm. Relig. excellentia extrinseci eius

Primo, quia Virginitatis perpetuę seruandę votum atque propositum, ab ELIA primo eius Institutore in primis ortum habuit. Nempe is primus fuit, qui in veteri lege virginitatem seruandam animo instituisse fertur. Quod Cassianus de *Institutis Monachorum* comprobat his verbis; Prior Elias, inquit, qui in veteri testamento Virginitatis iam flores, castimoniaq; præfigurabat exempla. Et D. Hieronymus in *Epistola ad Eustochium*, de Virginitate seruanda, dicit: *In crescente segete, messor immissus est; Virgo Elias, Virgo Eliseus, & multi filij Prophetarum.* Quod & Bapt. Mantuanus Carmelitani Ordinis nostra tempestate

utilitate ostenditur Elias primus virginitatis votum emisit, suosq; idem docuit.

pestate

pestate decus egregium, non suppressit, sed hoc carmine complexus est:

*Hæc eadem (vtpote seruandæ virginittatis) Sanctiorum
mouit sententia vates.*

Et magnos habet Autores.

Et dehinc subnectit:

Clara per hos magnus liquit vestigia calles

Elias, Eliadesq; viri gratissima cæle

Progenies, visura suo de semine Diuos.

Hinc factum plerique autumant, quod Carmelitanæ Religionis professionem amplectentes, digniorem quam cæteri denominationem sortiti sunt. Nempe cæteri monasticæ vitæ obseruatores, à quopiam Sanctiorum primo institutore nomen sumunt: Carmelitanæ vero, ob virginittatis seruandæ affinitatē (quæ & candido, quod reliquū tegit amictū, pallio designatur) ab ea quæ super oēs Sanctos exaltata refulget, vtpote candidissima Virgine MARIA (cui peculiariter & ceteris obseruantius obsequium impendunt) nomen sibi vendicant: *Fratresq; B. Mariæ* nuncupantur.

*Quid albū
pallium, q
Carmeli-
ta deferūt,
designet.
Carmeli-
ta cur Fra-
tres B. M. V.
nuncu-
pentur.*

Qui quidem titulus non nouitijs est, neq; arbitraria recentiorum institutione Carmelitis designatus, sed Apostolorum tempore illis ascriptus, vt Author est Ioannes Patriarcha Ierosolymitanus, in libro de Institutione Monachorum, sic inquit: *Propter primitiarum spontaneæ Virginittatis similitudinem, singulariter repertam inter huius Ordinis Fundatores, & Dei Genitricem: professores ipsius iam tempore Apostolorum eam vocabant sororem suam, & seipsos Fratres B. Mariæ cognominabant.*

*Nota anti-
quitatē &
summam
pfectionē
Carmelit.
Religionis*

Secundo, huius Religionis vtilitas eo innotescit, quod ipsa fuerit exemplar omnibus alijs monasticæ viuendi legibus. Quibus vt perfectione, ita quoque & tempore multo prior extitit: quandoquidem oēs cæterarum Religionū professiones, ab hac vna suum institutum & regulam desumpserunt. Quod luculentissime Baptista Mantuanus in tertio *Parthenices Mariana* libro exprimit hoc carmine:

Quis

Quicquid habent alij montes pietatis, ab isto
 Ducitur: hac una plures è vite racemi
 Diffusi, latè terras atque æquora complent.
 Hinc Carthusiacis æterna silentia claustris,
 Hinc varias Benedictus oues collegit: ab isto
 Canabe nodosa tunicas arcère fluentes
 Lignipedes didicere viri, quiq; arua colebant
 Inuia, & assiduo terras ardore calentes.

Multa quoque & alia monasticæ institutionis genera idem elegantissimè prosequitur, quæ ab hac Religione descendisse commonstrat.

Tertio, comprobatur huius Religionis vtilitas eam ob causam, quod adiutrix Apostolorum fuerit in disseminanda fide & doctrina Euangelica, vt attestatur Iosephus Antiochenus lib. de perfecta militia primitiua Ecclesia, ita inquit: Perfectorum militum Christi, id est, Apostolorum Coadiutores surrexerunt strenuissimi viri contemplationi dediti, sanctorum Prophetarum Elia & Elisei sequaces: qui de monte Carmelo descendentes, per Galileam & Samariam & Iudeam fidem Christi docuerunt: quiq; in Mariæ Virginis honorem, in montis * Carmeli decliuo Oretorium fabricant, Saluatoris Matri deuotissimè seruiuerunt. Præterea consultò, quod Summorum Pontificum sanctionibus approbata sit Carmelitani Ordinis obseruantia, & Ecclesiasticis Concilijs confirmata, vt in sexto libro Decretalium, titulo de Religiosis Domibus, capitulo, Religionum, hunc in modum decreuit Concilium Lugdunensè: Ceterum, Eremitarum S. Augustini & Carmelitarum Ordines, quorum institutio dictum Concilium generale præcessit, in solido statu volumus permanere. Quocirca desistant posthac Æmuli in hunc tam sacrum & approbatum Ordinem oblatrare. Non enim suis obtrectationibus ei quoquo modo derogare poterunt, neque illius candorem commaculare. Et quibusdam interiectis.

Ne

Ne vero oratione plus quam par est prolixiorē vobis fastidium pariam : superfedeo dicere, quot viri tum proborum morum, tum spectatæ vitæ integritate clari, ex hoc religiosissimo vestro Cœnobio, in totum terrarum Orbem fluxerint : longè enim plures, quam olim ex equo Troiano Græci profilerunt. Ad hæc, si commemorare vellem, quibus moribus, quibus litteris, quibus virtutum ornamentis, quanta denique vitæ excellentia ac dignitate, religiosissimam hanc domum illustrarint : me sane citius tempus deficeret, quam oratio. Ad horum igitur tam præclara stemmata vestram omnem vivendi rationem componite, illorum vestigijs penitus insistite, præstantissimum illorum animum, ad impetus & carnis & dæmonis elidendos, inducite.

Eia agite Religiosissimi Viri, ne defatigemini, ne conquiescite, donec pulcherrimis gestis honestissimum finem imposueritis. An aliquid vobis durum

Ardua est virtutis via, & inestimabile eius præciū videri debet, quo paratur æterna felicitas? *Ardua est* equidem (iuxta Hesiodum) virtutis via, sed in veritate manet inæstimabile præcium. Cogitate, quæso, nihil esse tam arduum in rebus humanis, quod non efficiat, si sibi imperarit animus, ut magnoperè velit. Cogitate, inquam, laborem esse breuem, felicitatem vero ad quam properatis, esse perennem. Et eam sane ob causam superius adducta est Religionis istius dignitas, & demonstrata excellentia, ut quanto eam cognoveritis digniorem, tanto impensius enitamini vitam vestram eius dignitati assimilare, eamque pro sua dignitate obseruare. Quippe qui quantæ sit excellentiæ vestra Religio, cognoscit, contemnit tamen illius præstantiæ vitam suam conformare, grauius sibi præparat & durius iudicium, &c.

Nota.

* * *

ELO.

ELOGIVM
ORDINIS CARMELITARVM,

Sive

Fratrum B. MARIÆ semper Virg.
de monte CARMELO.

Ex Libro XVI. Theat. Vita Humana L. B.

COMMENDATVR AB ANTIQVITATE,
ET INSTITVTORIBVS.

Agnoscat hic Ordo religiosus primos suos Institutores & velut fundatores ELIAM & ELISEVM Prophetas veteris Testamenti. Quos tanquam instituti monastici *Principes & Auctores*, veterum plerique sentiunt. Siquidem plures discipulos & sequaces eos habuisse, qui sub certa norma per eosdem tradita, locis ab hominum consortio remotis, vitam in castitate, austeritate, ac contemplatione rerum diuinarum transigebant, vel ex sacris literis non obscure colligitur, dum sub nomine *Filiorum*, id est, *discipulorum Prophetarum*, istiusmodi congregatio non semel describitur, vt aduertit Nicol. de Lyra, *in Glossa super lib. 4. Reg. cap. 2. Lyra in 4. vbi expresse Scriptura testatur, Filios Prophetarum Reg. c. 2.* mansisse in Bethel & Iericho: cum ELISEVS manserit in monte Carmelo; alij in Samaria, Galgalis, monte Effraim: alij iuxta Iordanem, vt varijs Scriptura testimonijs docetur: qui omnes, vt scribit *Cassian. 1. pa. coll. c. 4.* Cassianus, Mosaicæ legis mandata superarunt, & semetipsos Deo obtulerunt.

In lege autem gratiæ Ioannes Baptista venit in spiritu & virtute ELIÆ, & conuersatus circa Iordanem in deserto, vt existimatur, cum ijs qui ibidem normam viuendi ab ELIA obseruatam, ab Eliseo quoque traditam, sub nomine *Prophetarum* vivebant,

bant, Carmelitani instituti zelatores. Ita de hac
S. Bern. ad S. Bernardus ad Fratres de monte Dei: Antiqua ha-
Frat. de reditas Ecclesiae Dei est, à tempore Prophetarum
monte Dei demonstrata (loquitur autem de monasticis institutis) iamq; noua gratiae sole exorto, in *Ioanne Baptista* instaurata & renouata. Et *Philippus Abbas Hierapolitanus*, super caput primum *Ioannis*, ubi dicitur, *Miserunt Iudaei ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem Baptistam*. Addit ille, habitantem cum Carmelitis confratribus suis in eremo prope fluenta Iordanis, ubi Carmelita filij Prophetarum manebant. Ioannes vero XLIV. Patriarcha Hierosolym. asserit ipsum *Ioannem* omnes hos baptizasse atque ex his fuisse illos, quos ad Christum ipse misit qui eum rogarent: *Tu es qui venturus es?* &c. Sunt qui non improbabiler sentiunt viros istos Religiosos, qui describuntur habitasse Hierosolymis, dum Spiritus sanctus in discipulos descendit, *Act. cap. 2.* ex horum collegio fuisse, & ab *Apostolis* mox baptizatos & instructos, eorumq; exstitisse coopitulatores. Cuius rei testem habemus *Iosephum Antiochenum in Speculo perfecta milita Ecclesia primitiu* c. 12. & 72. dicentem, sequaces sanctorum Prophetarum *ELIAE & Elisai* de monte Carmelo descendentes, per Galilaeam, Samariam & Palaestinam, fidem Christi constantissime sparsisse. Quin & *Eusebius Caesariensis in Historia Ecclesiastica* meminit germinis *S. ELIAE*, Apostolorum tempore iam pullulantis, & in Ecclesia plurimum utilitatis proferentis. Sic & Antiochia erant in Ecclesia, ait *Lucas Act. cap. 13.* Doctores & Prophetae, in quibus *Barnabas & Simon* qui vocabatur *Niger*, & *Lucius Cyrenensis*, & *Manahen*, &c. Denique ex horum con-
 tubernio fuisse creduntur *Silas comes Pauli*, *Martialis Episcopus Lemouicensis*, *S. Petri consanguineus*: *Nathanael germanus S. Philippi*, & plures alij quorum nomina sunt in libro vitæ. Apud *Philonem* quoque celebris fit mentio virorum spiritualium, qui

*Philippus
Abb. Hie-
rapolit. in
c. 1. Ioan.*

*S. Io. Bapt.
Carmeli-
tas bapti-
zauit, &
ad Christum
misit.*

*In festo Pē
tecostes cū
Aplis Spi-
ritū S. acce-
perūt, quo-
rū dein co-
adiutores
fuere in
disseminā-
da fide
Christi.
Euse. l. 10.*

qui supra quatuor millia numero Palæstinam incolabant, ac Sanctorum nomen æstimationemq; obtinebant apud omnes passim. Igitur vt ELIAS Religionem *Carmeli* inchoauit in lege veteri: sic in noua S. IOANNES circa *Jordanem*, & B. ENOCH quidam in *Carmelo*, eam continuarunt, alijsq; post se tradiderunt.

A PATROCINIO B. MARIÆ VIRGINIS, ET APPELLATIONE NOMINIS.

Sicuti agnoscit hic Ordo Patrem ELIAM, ita Matrem DEIPARAM veneratur: Vnde & FRATRES B. MARIÆ DE MONTE CARMELO, passim indigitantur, quicumque huius Ordinis instituto mancipantur. Ferunt S. *Simonem Stock* Anglum huius Ordinis Generalem, virum singulari erga Deum & Deiparam deuotione & pietate, precibus à B. Virgine impetrasse sacrum Scapulare, donum miraculolum, & quod *Rom. Pontifices* varijs postmodum Indulgentijs cumularunt, ac illius usum omnibus Christi fidelibus commendari voluerunt. Erecta est in honorem Scapularis Carmelitani Sodalitas, multis gratijs locupletata.

Scribit autem IOANNES *Hierosolymitanus* (cuius scripta exstant *Tom. 9. Biblioth. SS. Patrum*) cap. 36. Monachos Carmelitas anno Incarnationis Domini cæ 53. ædificasse * Oratorium in honorem Deiparæ Virginis, in eoq; laudes ipsius percoluisse, atque ex hinc passim Fratres S. MARIÆ de Monte Carmelo esse indigitatos.

Quin & *Dionysius Carthusianus*, quem sequitur *B. V. Bergomensis lib. de illustribus Fœminis*, & *Guilielmus Einsenger*. affirmant, ipsam Virginem benedictam Monasterium centum & quinquaginta Monialium instituisse, eiusq; curam habuisse. Cum vero nullum tunc institutum monasticum viguerit præter illud quod ELIAS profitebatur, non vana coniectura datur intelligi, etiam ipsam Virginem huic se dedicasse.

H

As

AB EIVSDEM ORD. PROPAGATIONE ET
DILATATIONE. Vbi de Prouincijs
eiusdem.

CONSTAT ex superiori titulo de Antiquitate huius Ordinis, quomodo primæua sua fundamenta ad ELIAM & ELISEVM referat, tandemque per filios eorū spirituales creuerit instar lucis splendentis, & ad perfectum diem paulatim deuenientem. Siquidem ab Apostolis Christi Euangelium edocilius sectatores, primordijs nascentis Ecclesie supra illius candelabrum etiam positi fuere, normam quæ ab ELIA præscriptam, & à Filijs Prophetarum tot sæculis obseruatam, strenue sibi seruandam existimauerunt, adiectis illis quæ lege Euangelica addenda censuerunt viri sancti & Apostolici. Itaque non aliam viuendi normam quam veterem illam amplexi fuerunt primis quadringentis annis. Deinde B. Ioannes XLIV. Episcopus Hierosolymitanus, qui prius Abbas fuit Prior montis Carmeli fuerat, Institutum vetus atque temperauit, adiunctione summaria illorum quæ S. Basilii suis discipulis seruanda præscripserat. Sic ut velut certam Regulam compilaret, tum ex illa quam ELIAS olim, tum ex altera, quam S. Basilii tradiderat paulo ante. Cuius Regulæ præscriptis vixerunt Religiosi isti vsque ad annum MCCCXI. quando Græca institutio ad Latinos transiit, Aymenius Patriarcha in illam rem sedulo incumbente.

Haud multum post S. Albertus Hierosolymorum Patriarcha, ante Concilium Lateranense, compendiosam ex norma ELIÆ, ex libro Ioannis XLIV. Patriarchæ, & Regula S. Basilij Regulam concepit, tradiditque S. Brocardo montis Carmeli Priori, Fratribusque illius obseruandam, anno MCLXXI. Et sub hac quidem manent vsque in presentem diem.

Porro Carmelitarum Religio in 37. Prouincijs diuisa est. Quarum prima est PALÆSTINA.

- II. S. ALBERTI in Sicilia, habet Cœnobia quinquaginta septem.
- III. ANGLIÆ, habuit olim Cœnobia sexaginta duo, & plura.
- IV. NARBONENSIS, hæc nunc vix duodecim Monasteria retinet, alia enim deuastarunt Hæretici.
- V. ROMANA, habet Cœnobia triginta duo.
- VI. FRANCIÆ, possidet adhuc Conuentus tredecim, alios enim Hæretici destruxerunt.
- VII. GERMANIÆ Inferioris, habuit olim ad minus triginta quinque Cœnobia.
- VIII. LOMBARDIÆ, habet Cœnobia triginta septem.
- IX. AQUITANIÆ, hæc olim maxime floruit, nunc tantum vndecim retinet Monasteria, destructis cæteris ab Hæreticis.
- X. CASTELLÆ Nouæ, habet Cœnobia octo.
- XI. HIBERNIÆ, habuit quondam plurima Cœnobia.
- XII. PROVINCIÆ, habet viginti Monasteria.
- XIII. SCOTIÆ, habuit vt minimum septem Monasteria.
- XIV. TYSCIÆ, complectitur quindecim Conuentus, inter quos est *Senensis*, qui fundatus est anno 797. vti constat ex Annalibus dictę ciuitatis.
- XV. VENETA, habet viginti quatuor Cœnobia.
- XVI. TOLOSANA, huius Prouincię Monasteria occuparunt Hæretici, præter decem, quæ adhuc possidet Religio.
- XVII. CATALONIÆ, numerat quindecim Cœnobia.
- XVIII. GERMANIÆ Superioris, habuit olim viginti sex Monasteria, & plura.
- XIX. VASCONIÆ, numerat adhuc sexdecim Cœnobia, complura vero deuastarunt Hæretici.
- XX. TYRONENSIS, habet nouem vt minimum Conuentus.
- XXI. SAXONICA, habuit complurima quondam Monasteria.

- XXII. ARAGONICA, complectitur Monasteria
ginti.
- XXIII. NEAPOLITANA, habet Cœnobia sexaginta
ta sex.
- XXIV. LVSITANICA, habet vndecim Conuentus.
- XXV. ROMANDIOLÆ, habet Conuentus viginti
tres.
- XXVI. DACIÆ, nunc gemit sub tyrannide Turca.
- XXVII. S. ANGELI in Sicilia, habet Cœnobia quadraginta
sex.
- XXVIII. BETHICA, numerat Cœnobia viginti.
- XXIX. BOHEMIÆ, omnia fere huius Prouinciæ
Cœnobia occuparunt Hæretici.
- XXX. POLONIÆ, habet Cœnobia sexdecim.
- XXXI. APVLIÆ, habet Conuentus viginti tres.
- XXXII. CALABRIÆ, complectitur Cœnobia duodecim.
- XXXIII. BELGII, in his Prouincijs sunt com-
& plura Monasteria, quorum
- XXXIV. APRVTII, numerus non specificatur.
- XXXV. CASTELLÆ Veteris, habet Cœnobia ad
minus octo.
- XXXVI. SARDINIÆ, habet sex Monasteria vt mi-
nimum.
- XXXVII. BRASILIÆ, habet sex Conuentus.
Habet etiam Ordo Carmeli Congregationem
Mantuanam, in qua sunt quinquaginta & plura
Cœnobia, in quibus singularis viget vitæ perfe-
ctio.
- In prædictis Prouincijs, maximè *Italia & Hispania*,
sunt complura, eaq; celebra Sanctimonialium
Ordinis Carmel. Monasteria.

DE PROVINCIIS PALÆSTINÆ
& Orientis.

QVoad Prouinciam *Palæstina*, subdiuidebatur hæc olim in quatuor alias : habuit etiam hic Ordo in *Asia & Africa*, antequam Saraceni partes has occuparent, triginta Prouincias : in quibus erant septem millia & quingenta huius Ordinis Cœnobia, & in eis centum octoginta millia Monachorum Sacris initiatorum, vti constat ex *Sabellico, Sabel. Æ. Continuatore Historiæ Belli Sacri, Petro Maturo, nead. 9. l. 5. Ioanne Azorio, Leandro Granatensi, & alijs, tum ex- Cōtinuat. teris, tum huius Ordinis Autoribus. Nec id mirum l. 5. c. 3. Mā videbitur cuiquam, consideranti ea quæ de innume- tur. in ad- rabili Monachorum multitudine, tradunt Historiæ dit. ad illū Ecclesiasticæ. S. Hieronymus in vita S. Hilarionis loc. Azor. dicit per totam Palæstinam innumera fuisse Mona- l. 12. c. 21. steria. Theodoretus in *Historia SS. Patrum*, scribit infinita fuisse Monasteria in toto Oriente, in *Palæstina*, in *Ægypto*, in *Asia*, in *Ponto*, in *Cilicia*, *Syria* & *Europa*. Palladio teste oculato, in sua illa peregrinatione, quam scriptam reliquit, ciuitas quædam fuit, in qua plura erant Monasteria, quam profanæ domus, ita vt omnes vici, & omnes anguli pleni essent Monachis diuinæ laudes decantantibus : & idem perhibet se in vrbe *Memphi* & *Babylone* innumerabilem vidisse multitudinem Monachorum. Quantæ autem fuerint sanctitatis Monachi prædicti, idem *Palladius* declarat, *cap. 71.* dicens : Monasterium *Abbatis Isidori* erat mille Monachorum, tantæ sanctitatis, vt omnes signa facere possent : & cum mors immineret, eius diem prædicebant, & absque morbo decedebant : & *cap. 150.* in *Thebaide*, inquit, quæ est per *Syrenem*, viri sunt valde admirabiles, & multitudo Monachorum infinita, quorum non crediderit aliquis vitæ instituta, vt quæ vitam humanam superant : qui etiam mortuos in hodiernum*

Nota singularē horū Religiosorum sanctitatem.

diernum vsque diem suscitant, & super aquas ambul-
lant, sicut Petrus: & quicquid Seruator per Sanctos
effecit Apostolos, ea nunc quoque efficit. Hæc ille.
Ex dictis, licet alij plures adduci possint Authores,
colliget Lector, non esse rem nouam, asserere Car-
mel. Ordinem, omnium antiquissimum & amplissi-

*Itē multi- mum, habuisse septem millia & quingenta Cœnobio-
tudine Mo & centum octoginta millia Religiosorum Sacris inisi-
nasteriorū torum. Item habuisse centum quadraginta millia
& Sactorū Martyrum, solum spatio quingentorum annorum,
præter alios innumeros Sanctos cum Martyres, tum
Confessores ac Virgines: ita vt bene dixerit Trithemius,
tot Sanctos fuisse in Ordine hoc, vt penitus
numerari nequeant. Enimvero, inquit ipse, si quis
stellas cœli dinumeret, & huius Ordinis Sanctos num-
rare poterit.*

Inter prædictas autem Orientales Prouincias, ce-
lebriores erant quatuor, videlicet *Ægyptus, Thebae,
Cyprus, & Terra sancta:* in qua habuerunt Carmelita
complura, pulcherrima, atque magnifica Monaste-

Carmelita ria; inter quæ, (vt tradit *Mantuanus*, & alij) erant
in orb. locis fere omnia loca, quæ Christus & Mater eius sua con-
q̄ Xpus & uersatione celebrarunt. In *India* quoque, *Persia*
Mater ei & *Ætiopia*, atque alijs barbaris regionibus, habuit
incoluit, Elianus Ordo, tempore S. Hieroyimi, frequentis-
aut in qb sima Monasteria, vti idem Sanctus testatur in suis
speciale ali Epistolis. Quis tantum Monachorum huius Ordinis
q̄ mysteriū agmen, per vniuersum fere Orbem diffusum aspi-
peractū fu ciens, non in hanc statim erumperet vocem? *Quam*
it, Mona- *bona domus tua Iacob, tabernacula tua Israel, tan-*
steria ha- *quam nemora obumbrantia, tanquam Paradisus*
buerunt. *super fluuios, tanquam tabernacula quæ fixa sunt*
Num. 24. *à Domino, tanquam Cedri circa aquas?* De hac
Ezech. 16. propagatione Spiritus Sanctus loqui videtur apud
Ezechielem verbis illis: *Multiplicatam quasi ger-
men agri dedi te, & multiplicata es, & grandis ef-
fecta.*

Recensentur quarundam Prouinciarum Occidentis
Monasteria.

Series Monasteriorum Angliæ.

Angliæ Prouincia, inter Occidentales olim
floreantissima, sequentia habuit Cœnobia, quæ
omnia occuparunt aut deuastarunt Heretici.
Alnevickense, fundatum est à D. Ioanne Vesey,
anceessore Comitum Northumbria: hic B. Radulphus
Fresburnum Carmelitam, cum socijs, è Syria in An-
gliam deduxit, an. Dñi 1212. seu, vt alij volunt, 1240.

Ex speculo
Ord. Car.
Nicolao
Harpsfel-
dio & Gu-
lielmo Cæ-
demis.

Aylesfordiense, fundatum est an. 1212. siue, vt a-
lijs placet, 1240.

Nevvendeniense, siue Nelvvyndemiense, funda-
tum an. 1241.

Brunhamiense, fund. an. 1241.

Londinense, fund. an. 1241. ab illustr. D. Richardo
de Grey.

Cantabrigiense, fund. ab Edvuardo I. Rege An-
gliæ an. 1255.

Hullense, fund. ab Edvuardo I. Rege & alijs.

Eboracense, fund. an. 1255. à DD. Vesey & Percy.

Oxonienſe, fund. ab Edvuardo Rege an. 1260.

Hic constitutus in maximis bellorum difficultati-
bus & periculis, B. MARIÆ Virgini, religiosa spon-
sione vouit, se in Christi & illius honorem Cœno-
bium constructurum, vbi viginti quatuor Carmeli-
tis, qui rei Theologicæ operam darent, idoneos
sumptus suppeditaret, si ab imminente calamitate
eriperetur. A qua Dei benignitate ereptus, sponso-
nem suam impleuit, & desq; illas votiuas constru-
endo voto se liberauit.

Bristolienſe, in Comitatu Somersetensi, fund. ab
Edvuardo I. Rege an. 1267.

Norvichienſe in Norfolkia, fund. an. 1268.

Linuense in Norfolkia, fund. an. 1269. à D. Bar-
doff, D. Scales & VVignſcal militibus.

Ibidem aliud fund. à Thoma de Felſham.

- Lincolniense, fund. an. 1269.
 Barvvickense in Northumbria, fund. à D. Ioan. Grey
 an. 1270.
 Belbyciense, fund. à D. Tray de Scotia, an. 1270.
 Hychinense in Comitatu Hartfordiæ, fund. ab
Edvardo Rege & alijs, an. 1270.
 Nevvcastell. fund. ab *Edvardo* I. Rege.
 Northamptoniense, fund. an. 1271.
 Sandvichense in Cantia Comitatu, fund. ab *Henri-*
co Couvseild Germano, an. 1272.
 Glocestriense, fund. ab *Eleonora* Regina, vxore
Edvardi I an. 1273.
 Nottinghamiense, fund. a. 1276.
 Lervennitense, fund. à prædicto Rege *Edvardo*
 an. 1278.
 Wintoniense in Comitatu Hamptoniensi, fund. à
Prapósito Ecclesia S. Helena, propter miraculum
 sibi per B. MARIAM Virginem exhibitum, an.
 1278.
 Yarmouthense, fund. à Rege *Edvardo* I. an. 1278.
 Cæstriense, fund. an. 1279.
 Ipswicense in Suffolcia, fund. an. 1279.
 Apelbyense in Westmorlandia, fund. an. 1281.
 Hyngestoniense, fund. ab *Edvardo* II. & alijs.
 Stansfordiense in Comitatu Lincolniens. fund. ab
Edvardo III. Rege.
 Maldonense in Essexia, fund. ab Episcopo Londi-
 nensi *Richardo Grauesend*, an. 1292.
 Bastoniense in Comitatu Lincolniensi, fund. an.
 1300.
 Cœnobium S. Botulphi, fund. à DD. *de Orby*, an. 1300.
 Sustonense, fund. ab *Eadmundo* Duce Cornubiæ,
 & *Edvardo* primogenito *Edvardi* II. Regis,
 an. 1312.
 Sherehamiense in Suffexia, fund. ab *Edvardo* II.
 Rege, an. 1315.
 Marleburgense in Comitatu Wiltoniensi, fund.
 an. 1316.

Scarbrougense, fund. ab *Edvardo II. Rege*, an.
1319.

Snyterleyense, fund. à DD. *de Roos & Roberto Bacchon.*
an. 1321.

Conventriense in Comitatu *Warvichia*, fund.
an. 1332.

Denbighiense in Comitatu *Denbighiensi*. fund. an.
1339.

Ludlovvense in Comitatu *Salopia*, fundatum anno
1343.

Calisiense, fundatum ab *Edvardo III.* anno
1344.

Doncastriense, fund. à *Ioanne Duce Lancastriz*, an.
1350.

Armethvwaitense in *Lumberlandia*.

Northallertonense, fund. à Rege *Edvardo III.*
& *Thoma Hatfield Episc. Dunelmensi*, 1354.

Camestrumiense in Comitatu *Dorsettia*.

Fordense in Comitatu *Deuonia*.

Boltonense in *Crauen*, fund. à *D. Grey de Codnor.*

Blackeneyense in *Norfolcia*, fund. à DD. *Roberto*
Bascon & Ioanne Bren militibus.

Inuenimus præterea apud Anglicarum rerum Scri-
ptores subiecta *Monasteria Ordinis Carmelit.*

Salopiense. Alberodense. Gisburnense.

Scardeburchense. Petroburgense. Norfolcense.

Valencense. Malburgense. Norfoltidiese.

Caleritense. Scotiense. Siluense seu Siluestriense.

Monasterium Nazareth.

Hæc nos tantum in illustrissima hac *Provincia*
inuenire Cœnobia valuimus, non dubitantes quod
ab erectionibus factis anno 1354. sub *Edvardo III.*
Rege, vsque ad annum 1540. plures aliz fuerint per-
fectæ: quo tempore sub *Henrico VIII.* omnia Hære-
ticorum furori exposita fuere.

Elenchus quorundam Monasteriorum Provinc. Germaniae Superioris, Ord. Carm. adjuncto anno fundationis.

Herbipolense, fundatum anno Dñi 1212.
Bambergense, fund. an. 1248
Esslingense, fund. an. 1271

Augustanum, f. a. 1275

Rotenburgense, f. a. 1281

Auicastroense, aliàs Montis Dei, f. a. 1282

Norinbergense, f. a. 1287

Dünckelspülense, f. a. 1292

Weissenburgense, f. a. 1325

Luenxense, huc Leontinum, f. a. 1342

Noua Ciuitatis, f. a. 1352

Rauenpurgense, f. a. 1355

Viennense in Austria, f. a. 1360

Schweinfurtense, f. a. 1362

Straubingense, f. a. 1368

Budense, f. a. 1372

Abenspergense, f. a. 1392

Voitspergense, f. a. 1395

Nordlingense, f. a. 1401

Culmente, f. a. 1418

Præsidense, f. a. 1426

Epperiense, f. a. 1431

Quinque-Ecclesiense, f. a. 1436.

Heilbrunense, f. a. 1448

Goitingense, f. a. 1450

Sparnacense, f. a. 1455

Catalogus nonnullorum Monasteriorum Prov. Saxoniae Ord. Carm.

1 Magdeburgense, 2 Querfurtense, 3 Marienauvense
4 Tachouienne, 5 Ibenense, 6 Perlebergense,
7 Damizense, 8 Hotstedense, 9 Stetynense,
10 Saluienne, 11 Tangermundense, 12 Lypsiense,
13 Hallense, 14 Gotense, 14 Culenbachense.

Annuerantur prædictis à quibusdam Halberstadiensis

diensa & Erfordienſe, præter alia complura, quæ omnia nunc Hæretici poſſident.

Magdeburgenſe Ordinis huius Cœnobium in *des Eudenburgh* conuertit Magiſtratus eiufdem Urbis anno 1543. in fortalitium *Heideck* nuncupatum, proprio tamen irreparabili damno; etenim hoc eodem loco *Tillianus* exercitus anno 1631. *Magdeburgum* occupauit, incendit, & triginta, vel, vt alij dicunt, quadraginta millia incolarum ferro & igne extinxit.

Series Conuentuum Prouin. Germaniæ Inferioris.

Hæc Prouincia anno 1444. die 12. Auguſti in Cœpitulo Prouinciali *Geldriæ*, *B. Ioanne Soreth* Præſide, celebrato, diuiſa eſt in quatuor quaſi regiones: quarum *Prima* complectebatur Conuentum

Colonienſem,	Treuirenſem,
Arlunenſem,	Geldrienſem,
Aquilgranenſem,	Marcoduranum,
Morſenſem,	Antoniacenſem, ſiue S.

Secunda

(*Antonij.*)

Bruxellenſem,	Harlemenſem,
Mechlinienſem,	Schonhouienſem,
Thenenſem,	Angienſem,
Alchmarienſem,	Veteris Villæ,
Antuerpienſem.	

Tertia

Boppardienſem,	Crucenacenſem,
Moguntinenſem,	Wenenſem,
Spirenſem,	Wormarienſem,
Argentinenſem,	Hirtzhornenſem,
Hufenſem.	

Quarta

Francofurtienſem,	Caffellenſem,
Waldeſſenſem,	Ylicenſem,
Appingenſem,	Spangenbergienſem,
Vltraiectenſem,	Achenſem,
Fliffingenſem.	

Co

Colonienſis Conuentus primus fundator (vt do-
 cet Erhardus Winheim Carthuſianus in *Sacrario A-*
grippina) extitit è nobili genere , BRVNO quidam
 acerrimus contra Saracenos miles Aſiæ victor,
 Bernhoff cognominatus ; qui anno ſalutis milleſi-
 mo nonageſimo octauo huius Ordinis Religioſos
 è monte *Carmelo* ſecum *Coloniã* deduxit : ſicut
 etiam ſubiecti verſus , ex antiquis huius Cœnobij
 monumentis deſumpti reſtantur.

Victores Aſiæ Patriam plerique petentes

E ſacro ſecum mente tulere viros.

Miles Agrippinam diductis Bruno reuerſis

Atria fundauit auſpice noſtra Deo.

Templi vero quod nunc extat , prima dedicatio in-
 cidit in annum milleſimum ducentefimum vigeſi-
 mum , vt patet ex libro quodam , qui reperitur in ar-
 chiuo Parochialis Eccleſiæ S. *Iacobi* *Coloniæ*. Pro-
 duxit Conuentus hic iam inde ab initio fundatio-
 nis , Viros quamplurimos cum vitæ integritate ,
 tum multiplici eruditione & diuinarum litterarum
 ſcientia celeberrimos ; è quibus duodecim ad Epi-
 ſcopalem euecti ſunt dignitatem. Commoraban-
 tur autem in hoc Cœnobio , circa annum Domini
 milleſimum ducentefimum ſexageſimum ordina-
 riè quingenti & plures *Carmelitæ*.

Boppardienſe Monafterium , omnium huius Or-
 dinis in Germania primum , fundatum creditur cir-
 ca annum Domini milleſimum : primus namque
 Prior huius Monafterij , vt ex Epitaphio eiufdem
 conſtat , obiit anno 1012. Ex quo manifèſtè patet
 inprimis , quantum à veritate aberrent illi , qui
 Carmelitani Ordinis exordium , ad tempora *Ay-*
merici Patriarchæ Antiocheni reuocant : qui anno
 1121. *Carmelitas* per montem *Carmelum* & ſoli-
 tudines Terræ ſanctæ , ob incurſiones Saraceno-
 rum , diſperſos congregauit , atque ædificato eis
 Monafterio , è Græco more ad mores Latinos
 traduxit , & ex Monachali Mendicantem Religio-
 nem

Colon. Cœ.
 uen. fund.
 an. 1098.

300. ſc̄i in
 illo dege-
 bāt Carm.

Cur aliq
 putarint
 tēpore Ay-
 merici Pa-
 triarchæ
 Antioche-
 ni Ord.
 Carm. in-
 cepiſſe.

nem hanc effecit Apostolica qua fungebatur Legati à Latere in Syria auctoritate. Et hæc erroris illorum causa fuit. Cum ergo Boppardiense Ord. Carmel. Monasterium centum, & Coloniense annis viginti tribus, ante tempora Aymerici Patriarchæ fundata sint, quomodo eius tempore Ordo hic primum incepit?

Secundo hinc colligitur, perperam nonnullos di- *Ante tēpo*
xisse, S. Ludouicum IX. Gallix Regem Carmelitas *ra S. Ludo*
primum ex Syria in Europam deduxisse; cum ex di- *uici IX. Re*
ctis aperte constet, diu ante reditum S. Ludouici ex *gis Gallia*
Syria, Carmelitas Boppardia, Colonia, & Herbipoli, *Carmelit.*
in Germania: Aylesfordia, Neuvendeni, Brunha- *fuere in dē*
mia, Londini, & alibi in Anglia: Senis & Panormi *uersis Eu-*
in Italia extitisse. Primus tamen fuit, qui illos ex *ropa Pro-*
Carmelo in Gallias deduxit, excitato eisdem Lug- *uincijs; ille*
duni & Parisiis opulento Monasterio: in quo plus *autē illos*
quam trecenti Fratres degere solebant. Hunc Car- *primū in*
melitarum in Gallias aduentum describit Baptista *Gallias ex*
Mantuanus lib. VIII. de sacris diebus, de S. Ludouico *Syria de-*
agens, his verbis: *duxit.*

*Ionium magna penetravit classe profundum,
Assyrios, Arabesq; petens, ut perdita nostras
Duceret ad leges pulsas ea regna tyrannis.
Multaq; pro Christo passus discrimina tandem
CARMELI iuga conscendit, nostrosq; reuisit
Per montis spelæa PATRES, ubi vixerat olim
Maximus ELIAS, secumq; ad Gallica duxit
Littora plerosque illorum, sic nostra propago
Venit &c.*

Et quibusdam interiectis exponens causam, cur Carmelitarum Ordo ita per Europam propagatus sit, inquit:

*Cum genus Assyriis nostrum descendat ab oris,
Vnde sit occiduas ut sic compleuerit vrbes?
ANGLIA Conuentus tot habet, tot Scotia tellus,
Credere quot nequeant, qui non videre Britannos.
Creuit apud Gallos, quia REX ut NYMINA quadam S. Ludouici
Ob- cius, quan-*

si fecerit Observabat eos, quorum diuina putari
Carmelit. Digna fuit probitas, & vita simillima **DIVIS**.
 Cur apud Anglorum populos ita creuerit, audi:
 Anglicas in Syrias ueniens exercitus olim
 Achonem Tyrij positam prope littora Ponti,
 Qua prius occurrit, subitis oppresserat armis,
 Accurrere Syri, se proripuere Sabæi
 Ocyus externum annexi propellere Martem.
 Mox belli torrentis aquam, qui mœnia præter
 Labitur obsessis aliquem ne redderet usum.
 Corruptere graui iumentorumq; hominumq;
 Tabe, cadaueribus saniem per flumen, odorem
 Pestiferum per vicinas mittentibus auras.
 Et quia **CARMELI** fontem, qui proximus Vrbi est,
 Audierant **PATRIBVS** nostris absentibus imbrem
 Non dare, quo facerent lymphas arefcere factò
Saraceni Impete mactarunt quot sunt in monte reperti,
occidunt Et subito fons clausit aquas; sed maior eorum
Carmelit. Barbarica perculsa metu feritatis in urbem
 unde exsic Pars ierat, Deus hos rabida subtraxit ab ira,
catur fons Nec tulit ex toto genus euanescere nostrum.
Carmeli. Isti igitur sum iam nostros penuria dulcis
 Afflictaret aqua, puteis, & fontibus haustis,
 Atque venenatis passim intra mœnia, & extra,
 Talibus affati verbis languentia castra:
 Ne trepidate viri, nec desperate salutem,
 Fidite Cœlitibus, montis vicina repente
Carm. con In iuga tendamus, manare videbitis illinc
solantur Innocuos latices, & amœni pocula fontis.
deficientes His dictis armati omnes per barbara castra
milites. Impunè elapsi montem subière, & in alto
 Vertice congestis saxorum molibus arcem
 Construxere nouam lati, sed fonte reperto
 Funditus exhausto: nam post crudelia **PATRVM**
Nota rem Funera nostrorum defecerat: omnibus ingens
prodigiosã Incubuit mæror: flexo tum poplite **SANCTI**
 Orauere **PATRES** lymphas, mox flumine factò
 Fons vitreas effudit aquas, qua tempora balli

*Apera perpetuo fecere salubria fluxu.
Ista Duces tanta intuiti MIRACULA secum
In patriam duxere viros, quibus arma negabant
In Laribus sedem Assyrijs, & templa domosq;
Construxere novas, paucis ita floruit annis
Religio, quasi virga solo depacta feraci,
Et veluti palmes robur translata recepit.*

Cæterum, quia nimis prolixum foret, omnia reliquarum Prouinciarum Monasteria singulatim recensere, his missis, pauca quædam de *Discalceatorum* huius Ordinis Congregationibus & Prouincijs subiungemus: *Discalceatorum* Familia, primitiuam *Carmelitarum* regulam profitentium, quæ toto iam Orbe diffusa latè terras & æquora complet, in duas distincta est congregationes, *Hispanicam* scilicet & *Car. Disc.*
Italicam, seu *S. ELIÆ*, quarum singulæ suum habent *Cōgregatō*
Præpositum Generalem. *Hispanica* à *Sixto V.* Papa *ones & Pro*
in aliquot Prouincias est distributa, & à *Clemente uincia de-*
VIII. proprium obtinuit Generalem, qui in *scribūtur.*
Hispania Sedem habet. Sunt huius instituti Prouinciæ in
Hispania nunc quinque aut sex, & Monasteria frequentissima, tam virorum, quam virginum. Ad eandem Congregationem pertinent *Mexicanum*, & aliæ *India Occidentalis* Prouinciæ. *Italica* seu *S. Elia* Congregatio complectitur non solum *Italia*, verum etiam *Gallia*, *Germania*, *Belgij*, *Polonia*, *India Orientalis*, *Persia*, aliarumq; Prouinciarum Monasteria. Est hæc tam illustris *Carmeli Discalceati* Familia, vna sine dubio, ex nobilioribus Ecclesiæ Dei, & præstantior portio: quod ex innumeris viris, sapientia & sanctitate clarissimis liquet. Hi certe (sine iniuria & inuidia loquimur) vt Angeli veloces, ad saluandas multorum animas, in Orbem sunt à Superioris delapsi: qui non contenti intra domesticos Lares *Cōmendā*
sibi solis vacare, vt veri *Heliades* feruore igniti spiritur ob ze-
tus supremi, quo lucrentur nouas Christo *Iesv* suo lum ani-
nationes & regna, in verbo virtutis Dei, roseo eomatum.
rum vel impenso pro Ecclesiæ Dei, & fide eius cruore
mu-

multo, innumera diuini dedere semina fructus,
 Domestici facti fideles Ecclesiæ, Magnæ virg. Ma-
 tris alumni, ciuesq; Sanctorum, ædificati super fun-
 damentum illud Prophetarum & Apostolorum pri-
 mum; nouissimè autem superædificati ipso primo
 illis velut angulari lapide, Seraphica Virg. matre
 THERESIA, & Angelico viro IOANNE à CRUCE; vt
 accensi, non sub modio abditi, arderent, sed super
 candelabrum Ecclesiæ sanctorum, tanquam ere-
 ctæ in summis montium ciuitates illustres.

COMMENDATUR A DIGNITATE
 ET SANCTITATE CVLTVRVM.

Qui ex hoc Ordine,

ROMANI PONTIFICES.

ORDO Carmelitarum dedit in Cathedra Apo-
 stolica, S. DIONYSIVM primum eius nomi-
 nis, qui obiit An. cclxxii.

S. TELESFORVM etiam ex eodem Ordine fuisse
 tradunt, qui post paucos annos in Pontificatu trans-
 actos martyr Christi effectus est. Addunt alij BENE-
 DICTVM etiam martyrem.

PATRIARCHÆ ET EPISCOPI.

- S. Adolphus Episcopus.
- S. Albertus Patriarcha Hierosolymitanus.
- S. Amphilochius Episcopus Iconij.
- S. Andreas de Corsinis Episcopus Fesulanus.
- S. Anastasius Patriarcha Antiochenus.
- S. Basilius Episcopus Cæsariensis, cogno-
 mento Magnus.
- Blasius Episcopus Cremonensis.
- S. Cyrillus Patriarcha Alexandrinus.
- Didimus Episcopus Nicenus.

S. E.

S. Enoch Episcopus Nicopolitanus.
 B. Enoch Patriarcha Hierosolymit.
 S. Epiphanius Episcopus Cypri.
 S. Eucharis Episcopus.
 S. Euodius Episcopus Antiochenus, & Mart.
 S. Fronto Episcopus Petragoricensis.
 S. Fructuosus Episc. Tarraconensis, & Mart.
 S. Gerardus Patriarcha Antiochenus.
 Gerasimus Archiepiscopus Nazarenus, coæ-
 taneus S. Angeli Mart.
 S. Gregorius Episcopus Nazianzenus.
 S. Helenus Episcopus Heliopolit.
 B. Helias Episcopus Hierosolymitanus.
 S. Ignatius Episcopus Antiochenus, & Mart.
 S. Ioannes Chrysostomus Patriarcha Con-
 stantinopolit.
 Ioannes Archiepiscopus Cæsariensis.
 Ioannes XLIV. Patriarcha Hierosolymitan.
 B. Ioannes Patriarcha Hierosol. Germanus
 Fr. S. Angeli Mart. alius hic est à priore.
 S. Lupus Episc. Trecentis.
 S. Lupus Episcopus Lugdunensis.
 S. Martialis Episcopus Lemouicensis.
 S. Maximus Episc. Regiensis.
 S. Melerius Episc. Antiochenus.
 S. Moyses Episc. Sarracenorum.
 S. Nathanael S. Philippi Germanus, Episco-
 pus Bituricensis.
 S. Nonnus Episcopus Edeffenus.
 S. Paphnutius Episc.
 Petrus Episc. Alcalonensis.

I

S. Pe-

S. Petrus Thomas Episcopus Pacensis & Patriarcha Constantinopolit.

S. Saturninus I. Episcopus Tolosanus.

S. Serapion Episc. Antiochenus VIII.

S. Spiridion Episc. Cypri.

S. Theodorus Episcopus Anastasiopolitan.

S. Teophanes Episc. Nicænus.

Zacharias Patriarcha Hierosolymitanus.

Plures alios hac dignitate præfulsisse non est dubium, quamuis illorum nomina ad manus meas non deuenierint. Celebriores dedimus & opinione sanctitatis illustres.

MARTYRES VTRIVSQUE SEXVS.

Non hic eos recensetimus, qui ante legem Euangelicam, (quando hunc Ordinem institutum, saltem quoad prima quædam illius fundamenta, supra diximus) pro fide sanguinem suum fuderunt, & ab improbis hominibus dira perpassi sunt, de quibus Apostolus: *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes, in montibus, in speluncis, & in cauernis terre, qui pro fide regna vicerunt, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones; secti sunt, lapidati sunt, in occisione gladij mortui sunt, &c.* quos huius instituti Eliani sectatores existisse, satis probabiliter colligitur. Sed plerosque eorum qui statim post Christi aduentum, illius fidem & doctrinam, etiam proprij sanguinis profusione apud infideles confirmarunt.

S. Ioannes Baptista.

S. Andreas Apostolus ex Ordine hoc perhibetur fuisse, antequam ad Apostolatam à Christo vocaretur.

S. Ana-

- S. Anastasius à Cosroa Persarum Tyranno
capite plexus est.
- S. Andreas Cretensis.
- S. Angelus Hierosolymitanus.
- S. Attion.
- B. Benedictus Papa.
- S. Cyrilla Virgo, filia Decij.
- S. Dometius cum duobus Socijs.
- S. Domitilla neptis Domitiani Imperat.
- S. Eugenia Virgo.
- S. Eusebius.
- S. Eutropius Episcopus.
- SS. Fabritianus & Philibertus.
- S. Febronia Virgo.
- S. Fructuosus Episcopus.
- S. Gaiana Virgo.
- S. Gerardus Patriarcha.
- S. Georgius Lymniota.
- S. Hilarion, alius hic est à S. Hilarione Ab-
bate.
- S. Helenus Episcopus.
- S. Hilarinus.
- B. Ludouicus Rauda.
- S. Maximus cum Socijs.
- S. Petrus Thomas Episcopus, & Bononien-
sis Academiae fundator.
- SS. Porcarius Abbas cum Socijs 500. huius
Ord.
- SS. Protus & Iacynthus.
- S. Ripsimis Virgo.
- S. Sarmata Aegyptius.

- S. Seleucus.
 S. Sergius.
 S. Sirenus.
 S. Stephanus Constantinopolit. cum Socijs 339.
 S. Telephorus Pontifex.
 S. Theodora Virgo.
 S. Theodorus Frater S. Theophanis.

Sequentes quoq; Ordinis huius Monachi diversis temporibus martyrio affecti sunt, ut sequitur:

SS. Triginta octo Mart. à Saracenis ob Christi fidem interfecti, anno 509.

SS. Trecenti quinquaginta Mart. ab Hæreticis occisi, anno 517.

SS. Quadraginta tres Mart. qui pro Christiana religione occisi sunt, anno 530.

SS. Quadraginta quatuor Mart. à Saracenis in Palestina interempti, anno 614.

SS. Quadraginta duo Martyres, qui Ephesi ob cultum SS. imaginum, sæuissimè cruciati, Martyrium compleverunt, anno 766.

CONFESSORES.

- Aduer-* B. Adolius Tharsensis.
rat Lector S. Agathon Abbas.
quando B. Alanus.
hic fit S. Amon Ægyptius.
mentio S. Ammonius Abbas montis Carmeli.
Abbatū, S. Albertus Drepanita.
quod an- S. Andreas de Corfinis.
te tempo- S. Antonius Magnus.
ra Ay-
merici

S. An-

S. Antonius Lyrinensis.
 S. Apollonius.
 S. Auertanus Gallus.
 S. Auxentius Abbas.
 S. Barlaam.
 S. Basilius.
 S. Bessarion Abbas.
 S. Bertholdus, primus Generalis Latinorum.
 S. Brendanus Abbas.
 S. Brocardus Hierosolymitanus, secundus
 Generalis Latinorum.
 S. Caprasius Abbas.
 S. Cyrillus Patriarcha Alexand.
 S. Cyrillus qui fuit III. Prior generalis Latin.
 S. Daniel dictus Stylita.
 S. Elesbaam Rex.
 S. Enoch Episcopus & discipulus Domini
 ex LXXII.
 S. Epiphanius.
 S. Eusebius.
 S. Eutygianus.
 S. Eutychius, Abbas Montis Carmeli.
 S. Euthymius Abbas.
 B. Francus de Senis.
 S. Fronto Episcopus, qui B. Martham exi-
 stimatur sepelivisse.
 S. Frontonius Abbas.
 S. Gerasimus Abbas.
 S. Hielychius Collega S. Hilarionis.
 S. Hieronymus à nonnullis huius instituti
 fuisse perhibetur.

Patriar-
 cha, qui
 anno 1121.
 Ord. Car-
 melit. ex
 Monacha.
 li mendi-
 cantem ef-
 fecit, Pra-
 lati huius
 Ordinis
 vocaban-
 tur Abba-
 tes siue,
 Archimã-
 drita; de-
 inceps au-
 tem Prio-
 res, more
 mendicã-
 tium &
 Latino-
 rum dicti
 sunt.

- S. Hilarion Abbas.
 S. Ioannes Syrus.
 S. Ioannes Abbas.
 S. Ioannes Ægyptius.
 S. Ioannes Chrysoftomus Episcopus.
 S. Ioannes Damascenus.
 B. Ioannes Patriarcha Hierosolymit.
 S. Iosaphat.
 S. Ionas Ægyptius.
 S. Ionas Sabaita.
 Iudas & Mamenius, dono prophetiæ in-
 signes.
 S. Iulianus Senior.
 S. Iulianus Ægyptius.
 S. Macharius Alexandrinus.
 S. Malchus Syrus.
 S. Marcellus Abbas.
 S. Marcianus.
 S. Martinus Abbas.
 S. Moyfes Æthiops.
 S. Nathanael Episcopus.
 S. Nicetas Abbas.
 S. Nikon Abbas.
 S. Nilus Abbas.
 S. Onuphrius Confessor.
 S. Palæmon Abbas.
 S. Paulus primus Eremita, ac reliquorum
 Eremitarum bona pars ex hoc Ordi-
 ne fuisse putatur à plerisque.
 B. Petrus Ambianensis dictus Eremita.
 S. Philippus Florentinus.

- s. Pœmon Abbas.
 s. Portianus Abbas.
 s. Quiriacus Corinthius.
 B. Rodulphus Fresburnus.
 s. Romanus discipulus s. Caprasij Abba-
 tis.
 B. Romæus Italus, cuius reliquiæ Lucæ in
 veneratione habentur.
 s. Sabas Abbas in monte Sina.
 B. Scariotus Abbas & Propheta.
 s. Serapion Episcopus.
 s. Seuerinus Abbas.
 s. Simplicianus.
 s. Simeon Syrus.
 s. Simon Anglicus, qui & Stock, cui B. Vir-
 go Deipara dedit s. Scapulare.
 s. Spiridion Episcopus.
 s. Theodorus Ægyptius.
 s. Theodorus coætaneus s. Pachomij.
 s. Theodoricus Alemannus.
 s. Theodosius Magariasensis.
 s. Theophanes Constantinopolitanus.
 s. Thomas Antiochenus.
 s. Zosimas.

S. VIRGINES &c.

Præter illas, quas supra Catalogo martyrum in-
 seruimus.

- s. Alexandra Virgo.
 s. Amata Virgo.
 B. Angela filia Regis Bohemiæ.

I 4

B. A-

- S. Athanasia.
 S. Briena.
 S. Constantia.
 S. Euphrasia.
 S. Euphrosina.
 S. Eusebia.
 S. Eustochium, putatur illa ad quem scripsit
 S. Hieronym.
 S. Herena Virgo.
 SS. Ioanna & Anna sorores Tolosanz.
 S. Iphigenia Virgo.
 S. Magna de Antimo.
 SS. Maria Magdalena & Martha sorores,
 B. Maria Magdalena virgo Florentina.
 S. Marina Alexandrina.
 S. Maxima Virgo.
 S. Matrona Virgo.
 S. Melania iunior.
 B. Nonna Abbatissa.
 S. Paula Romana.
 S. Pelagia pœnitens in monte Oliueti.
 S. Publia Abbatissa.
 B. Sara Abbatissa.
 S. Syluia Virgo, (S. Hieronym,
 S. syncretica Abbatissa, cuius meminit
 S. Tabita Virgo.
 S. Teresia à Iesv Ordinis huius *Reformatrix*,
 Diuorum catalogo nuper adscripta.
 S. Thecla, quæ & Magnentia Virgo.
 S. Theodora Alexandrina.
 S. Thora Virgo.

Plures huius Ordinis *Sanctos* requirat Lector apud Vincentium in Speculo historiali *lib. 21.* scripsit etiam Italico idiomate *Hortum Carmelitanum* P. *Ægidius Leon.* libris duobus. Antiquitatem item & sanctimoniam *Eremitarum montis Carmeli,* complexus est *Ioannes ab Oudenvater,* libris tribus; & *R. P. Thomas à Iesu* libris duobus. Exstantq; varia eiusdem sacri Ordinis *Chronica.*

SCRIPTORES ILLUSTRIORES.

PRÆter notissimos & sanctissimos Ecclesiæ *Doctores,* quorum pierique Carmelitanae militiae nomen dederunt, plures insuper sunt, qui *scriptis suis Ecclesiam suamq; Ordinem illustrarunt;* qui videndi sunt apud Petrum Lucium, Antonium Posseninum, & Thomam à Iesu.

Plura de huius instituti Sanctis, & illustri eiusdem Reformatione anno 1562. facta, per Seraphicam virginem & matrem Theresiam reperiet Lector eodem lib. 16. Theat. vit. Human.

ELOGIA PRÆSTANTISSIMORVM ALIQVOT VIRORVM DE ORD. CARM.

Rac Doctis, M. Franciscus de Ayala, in sermone, quem habuit in Festo Beatificationis S. M. Theresiæ, in Conuentu Giennensi in Hispania, qui inter alios excusus est Matriti anno 1615. explicans verba illa Prophetæ *Isaiæ: Et erit Cap. 2. in nouissimis diebus preparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super omnes colles, & fluent ad eum omnes gentes: dicit, Mons in vertice montium, est sacra Carmelitarum Religio, ad quam venerunt omnes gentes, quia in illa fuere, ex omni statu militantis & triumphantis Ecclesiæ, scil. Patriarchæ, In Ord. Carm. Propheta, Apostoli, Euangelistæ, Doctores, Carm. Martyres, Confessores & Virgines. Item ex omni fuerunt statu orbis huius videl. tres summi Pontifices, septem ex omni Cardinales, viginti nouem Patriarchæ, Archiepiscopi quampurimi, Episcopi centum quadraginta duo, statu Ec-*

Quot ha- duo, Imperatores duodecim, qui imperio abdicato
buerit hanc Religionem professi sunt, septem Reges, Princi-
Pontifices, pes, Duces &c. ut videre est in Chronicis huius Or-
Cardina- dinis. Plures deinde Prophetas, Apostolos, Confes-
los, Pa- sores &c. refert, quos, ex diuersis Authoribus osten-
triarchas, dit, Religionis huius fuisse alumnos, quoad Mar-
Archie- tyres docet centum quadraginta millia Monacho-
pisc. Episc. rum Carmel. Ord. in Palaestina & vicinis regioni-
mart. &c. bus pro Christo martyrium subiisse, tempore Hu-
mar Arabiae Regis, Mahometi discipulo, & quatuor
subsequentibus sæculis; præter alios innumeros,
qui alijs temporibus passi sunt.

In vita Id ipsum sentit Leander Granatensis Benedicti-
S. Ger- nus, qui postquam multis fusè probarat, ab Elia &
rud. disc. Elia Carmelitarum Ordinem originem ducere,
4. §. 2. in eundemq; hunc esse, qui hodie in Ecclesia Christi
init. to. 1. viget, cum illo qui in Carmelo à dictis SS. Prophetis
institutus est: de ingenti multitudine Sanctorum
Ordinis Carmelitici, & Cœnobiorum incremento
mirabili, sermonem admiscens ait: Existimo quod
optimè & verissimè ad hanc Religionem reduci que-
ant, omnia Orientis cœnobia, omnes Viri illustres san-
ctitate & doctrina, qui ex illis prodierunt, omnes Pa-
triarcha, Archiepiscopi, & Episcopi qui Orientalem
Ecclesiam rexerunt, hi enim quasi omnes Religiosi
fuerunt, &c. Hæc ille, qui in fine §. eiusdem, ubi fun-
damenta asserti sui nonnulla posuerat, eadem ver-
ba repetere non dubitauit.

Illustris. Card. Baronius Tom. 3. an. 328. & 340.
plurimum extollit institutum S. ELIÆ dicens: Erat
in Oriente summum illud viuendi genus instar ELIÆ
ac IOANNIS Baptista, cunctis hominibus, etiam Ethni-
cis, & Imperatoribus ipsis venerandum, sed & impijs
quoque Hæreticis reuerendum, atque adeo cœlestibus
ciuibus admirandum: utpote qui se in terris conciuēs
habere latantes, cum eisdem, tanquam gentilibus suis
amicè assiduo versarentur. Factumq; est institutum
hoc, seminariū in Ecclesia Dei sanctissimorum Episco-
porum

porum ex quo Basilij, Gregorij, Chrysoftomi, & alij Seminam in Oriente quam in Occidente Viri spectatissimi prodiere, &c.

Sanctiss.
Episcoporum.

Hanc Ordinis huius dignitatem & splendorem considerans Philippus Abbas Hierapolitanus, exclamat: O Carmelitarum Religio, quam magna facta es in domo Domini. Nunquid olim à modico fonte ELLÆ Dei Propheta principium habuisti? & ecce nunc in magnum fluium creuisti. Tu olim plantata in eremo, nunc facta es ciuitas plena populo. Tu FUNDATOREM habes adhuc in paradiso uiuentem, & gloriosam virginem MARIAM, Reginam cæli, Dominam mundi, in PATRONAM singularem. Sicut olim de te processerunt PATRIARCHÆ & PROPHETÆ, sic nunc de te procedunt SACERDOTES & LEUITÆ, DOCTORES & EVANGELISTÆ. qui Patres & Patroni omnium Religiosorum facti sunt. Hactenus ille.

Et Matthæus Herbenus Traiectensis apud Paleovdor,

Tam diues est, inquit, sacer ordo Carmeliticus, mirabilium gestorum antiquissimorum Patrum, ut ferè nullus sit, qui ei se valeat comparare. Quis enim Elia Propheta aut Elisæo eius discipulo, unquam in omnibus ordinibus aut vitæ sanctimonia, aut miraculorum gloria legitur celebratior, à quibus Carmelitarum Ordo initium sumpsit? qui populo venerabiles extiterunt, Regibus etiam formidabiles. Sed quis omnes sanctissimos Patres Ordinis huius enumeret, quorum nomina sunt in libro vita. Et post pauca. Plaudite igitur ô sacer Carmeli Ordo, tanta maiorum tuorum gloria, qui omnes superas, temporum antiquitate, maiestate miraculorum. Credo ego, hic Ciceronis atque Demosthenis eloquentia deficeret, Herodoti ac Liuij memoria fatisceret, &c.

Iosephus Antiochenus antiquiss. & grauis. Author, qui iuxta Posseninum vixit anno Domini 130. in speculo perfectæ militiæ primitiæ Ecclesiæ cap. 12. & 72. hæc habet: Perfectorum militum Christi.

Christi.

In Viri-
dar. Cla-
ue 2.

Hom. de
S. Andrea
Corfin.

Tamaius
post notas
Chronic.

Christi, id est, Apostolorum coadiutores surrexerunt strenuissimi Viri solitarij, contemplationi dediti, SS. Prophetarum Eliae & Elifaei sequaces, qui de monte Carmelo descendentes, per Galilaam, Samariam, & Iudaam, fidem Christi constantissime sparserunt, &c. Iosepho consentit Ioannes Grossi in Viridario suo dicens: A Passione Domini anno quadragesimo septimo, Eremitae montis Carmeli, vna cum Apostolis, in multis regionibus fidem Christi constanter predicauerunt.

Imo sapientiss. Franciscus Freire, Visitator generalis Ord. Minimorum & à Confil. suprem. fidei Senat. certissimum esse affirmat: Totam Hispaniam fidem & conuersionem, post S. Iacobum Apostolum, deberi omnino Carmelitanae Religionis Patribus. Hoc ille à Flauio Dextro, Iuliano Presbytero & Luitprando Episcopo Cremonensi & Othonis I. Imp. ad Constantinopolit. Imperatorem Legato mutuatus est; quorum hic in Fragmentis historiae sua ex variorum exemplarium fide recensitis à D. Thoma Tamaio de Bargas Regio Historiographo hæc tradit: Magna pars, inquit, eorum qui dispersi in persecutione S. Stephani ad varias partes traiecerant, & ad Hispaniam plurimi venerant, erat ex Monachis montis Carmeli, predicationibus Christi, & Apostolorum ad fidem conuersis, in quibus Elpidius & Socij, Pontifices à S. Iacobo creati, & post Martyres effecti. Et post alia multa: Mihi, addit, valde probabile est, & legitur in Orientis historijs, Elpidium & reliquos Episcopos, quos traxerat S. Iacobus in Hispanias, ab ipso Iacobo baptizatos, fuisse de numero Carmelitarum, qui in Hispaniam & per alias Regiones Monachatum introduxerunt. Istos vocat Eusebius Prophetici Ordinis viros, &c. Hæc Luitprandus Frag. 171. & 256.

ABBAS Vercellensis exponens verba illa Cant. 7. Caput tuum ut Carmelus, inquit, Carmelus mons est paucosus atque uberrimus; idcirco propter eius eminentiam

nentiam ubertatemq̄, & nominis interpretationem, Ordo in eo incaptus Seraphicus dicitur, quia omnibus ceteris Ordinibus præstantior est, de cuius plenitudine omnes Ordines alij accipiunt. Hæc ille. Idem paulo explicatius docet S. IOANNES Patriarcha Hierosolym. 44. in libro de institutione primorum Monachorum in lege veteri exortorum, & in noua perseverantium, cap. 16. Carmelitas alloquens his verbis: *Quicquid perfectionis est in hac vestra Religione Eremitica, à SS. Propheta Dei Elia, tanquam à primordiali, & principe Monachorum authore, exemplariter emanauit: & primo quidem in filios Prophetarum eius discipulos, deinde ab illis in ceteros nostræ Religionis Professores, ei tam in monastica eorum cõuersatione, quam in locorum habitatione, succedentes, & demum ab his in reliquos alibi degentes. Sed & omnium Monachorum conuersatio sancta ab Elia, & dictis eius discipulis, filijs Prophetarum, est deriuata: quamuis etiam in diuersis mundi partibus, post Eliam, surrexerint in lege noua diuersi Monachorum Principes, qui conati sunt, secundum diuersa statuta, siue instituta specialia, suos discipulos principaliter perducere ad illum finem, & per illos gradus, per quos Elias ad finem, & perfectionem vitæ monasticæ, secundum formam, per Deum ei tractam, suos discipulos perduxit. Propter quod prædicti Monachorum Principes, in sana doctrina vitæ monasticæ fuerunt velut quidam particulares riuuli ab ELIA, tanquam à primordiali, & vniuersali omnium riuulorum fonte, deriuati. Hactenus ille.*

ELOGIA SVMMORVM PONTIFICVM DE
SACRO CARMELIT. ORD.

QVI huius Ordinis splendorem, & emerita Elogia pro illius dignitate enarrare aggressus fuerit, in plura volumina laborem & argumenti tam fœcundi tractationem extendere oportebit. Quod cum non sit ex instituto huius operis, in quo

in quo varia argumenta sub compendio recensentur, præ alijs multis, pauca Romanorum Pontificum, de hoc antiquissimo omnium Religiosorum Ordine, encomia in medium adducentur. E quibus nullo negotio cuius constabit, quo in pretio semper apud eosdem, Ordo hic fuerit. Deinde subijciuntur nonnullæ reuelationes & effata Prophetica de futuro eiusdem statu.

Sixtus IV. Refert SIXTUS IV. & GREGORIUS XIII. quod in Bulla mukti Romani Pontifices, videl. *S. Leo IV.* qui sedit dum at- an. 848. *Adrianus II.* an. 868. *Stephanus V.* an. 885. tenta me- *Sergius III.* an. 909. *Ioannes X.* an. 913. *Ioannes XI.* ditatione. an. 932. *Gregorius V.* an. 996. *Sergius IV.* an. 1009. *Dat. Rom.* *Alexander II.* an. 1061. *Gregorius VII.* an. 1073. *Lucian.* 1476. *Cicinus III.* an. 1181. *Gregorius VIII.* an. 1187. *Clemens III.* an. 1188. *Honorius III.* *Innocentius IV.* *Gregor.* *Alexander IV.* *Vrbanus IV.* *Clemens IV.* *Honorius IV.* *Nicolaus IV.* *Bonifacius VIII.* *Benedictus X.* XIII. in *Ioannes XXII.* *Benedictus XII.* *Clemens VI.* *Innocentius VI.* *Gregorius XI.* *Vrbanus VI.* *Eugenius IV.* Bulla, vt *Nicolaus V.* *Calistus III.* *Pius II.* *Paulus II.* & alij laudes. *complures:*) ob reuerentiã gloriosissimæ ac in- *Dat. an.* 1577. *temeratae Dei genitricis semperque Virginis MARIAE* de monte Carmelo, & singularem deuotionem, quam ad illam, & Ordinem Carmelit. eiusdem Dei genitricis MARIAE titulo specialiter insignitum, gesserunt, diuersas indulgentias & peccatorum remissiones, priuilegia, facultates, gratias, exemptiones, immunitates & libertates dicto Ordini, illius Ecclesijs ac domibus, atque ab illis dependentibus locis concesserint, quas ipsi confirmarunt & approbarunt.

IOANNES XXII. & CLEMENS VI. ita in suis litteris Carmelitas alloquuntur: *Sacer Ordo vester in agro dominico, diuina dispositione plantatus, & gloriosa Virginis MARIAE titulo specialiter insignitus, Apostolicus gratijs dignè meretur attolli, cuius professores, mundanis à se relegatis illecebris, cœlestium*

contemplationi vacantes, insistent iugiter profectibus animarum, &c.

Idem IOANNES in Bulla dat. an. 1327. Pontificatus sui anno vndecimo. Inter ceteros (ait) Ordines, in agro plantatos Ecclesia sacrum vestrum Ordinem claris suis exigentibus meritis, gerentes in visceribus charitatis, &c.

VRBANVS VI. in Bulla cuius initium est, Pictatis opus, sic inquit: maximè cum ipsi (Carmelitæ) studeant sub extrema paupertate viuere, ipsorum etiam ad hoc feruenter aspiret affectio, ut per eorum ministerium salus Deo proueniat gratissima animarum, &c. Ac in alia Bulla: Sacer, ait, Ordo vester in Ex specu- agro Dominico diuina dispensatione plantatus, Domi- lo Ord. nicum gregem illuminat, & currentibus in stadio iter fol. 72. insinuat, quo ad salutis brauium facilius peruenitur. (Et infra:) Hæc sacra Religio virtutum fecunditate referta, ex sua institutionis exordio, per insignium meritorum gratiam, & exemplaris vitæ doctrinam, vbereshactenus in vniuersali Ecclesia honestatis fructus protulit, & salutis, &c.

SIXTVS IV. his verbis in suo diplomate dat. an. 1476. eundem Ord. commendat: Dum attenda meditatione pensamus, quod Virgo venustissima, & omnium virtutum floribus insignita, Virgo Dei genitrix gloriosissima, cuius pulchritudinem Sol, & Luna mirantur, cuiusq; precibus inuatur populus Christianus, & que florem preciosissimum, immarcessibilem & aeternum, Dominum nostrum IESVM Christum, ineffabili Spiritus Sancti cooperante virtute genuit, pro- Forsan duxit sacrum Ordinem B. MARIÆ de Monte Car- ideo dicit melo, à sede Apostolica, pluribusq; Romanis Pontifi- Pontifex cibus prædecessoribus nostris approbatum: quem eius- B. MA- dem gloriosissima Dei genitricis semperq; Virginis, spe- RIAM cialititulo voluit insigniri: ut ob eiusdem Virginis re- Virg. hunc uerentiam, Ordo ipse, à Christi fidelibus, merito per- Ordinem amplius veneraretur: ipsiq; fideles propterea eiusdem produxis- se, quia Virginis MARIÆ adiuti suffragijs, aeterna retribu- tionis

S. Vates tionis premia facilius consequi mererentur. Dumque
Elias non- sublimium dicti Ordinis utriusque sexus personarum
gentis tri- virtutum merita, Deo quidem grata, & in conspectu
ginta an- Apostolica Sedis accepta, digna memoria recensemus.
nis ante Ac Ordinem ipsum, & illius personas sub sedis Apo-
Christi stolica, & Ecclesia Romana protectione, immediatè
ortum, in existentes, & inter ceteros Regularium Ordinum
Deip. V. Professores in firmamento Catholica Fidei militantes,
adhuc tanquam Religionis speculum, & exemplar, spe-
naſcituræ ciali charitate fulgentes; Sanctorumq; Prophetarum
honorem ELIÆ & ELISÆI, & aliorum Sanctorum Pa-
& obse- trum, qui montem sanctum CARMELI, iuxta ELIÆ
quium fontem inhabitarunt, successionem hæreditariam
S. Carme- tenentes: fructus quoque vberes, quos dictus sacer-
lit. Ord. Ordo in agro militantis Ecclesia in propagatione Reli-
instituit, gionis, & fidei orthodoxa, hæctenus produxit utiliter,
post visam & producit, ac in futurum producturum fore indubi-
ſcil. ab eo tanter speramus; paterna charitate intuemur; digni-
in monte quinimo & debitum reputamus, &c. Ac multis in-
Carmelo terpositis subiungit: Attendentes vberes fructus,
nubeculã, quos dictus Ordo, ut prædiximus, multa refulgens glo-
quasi ve- ria meritorum, & gratia redolens sanctitatis in agro
stigium militantis Ecclesia, in propagatione Religionis, & fidei
hominis orthodoxa, hæctenus produxit utiliter, & producit, ac
de mari in futurum producturum spe firma tenemus, ac illius
ascenden- statum prosperum & tranquillum, palmites suos à
tem, & mari usque ad mare, & etiam ad barbaras extenden-
ipsam SS. do nationes, propter illius antiquitatem & in monte
Virginem Carmelo primariam foundationem, intensis zelantes
præfigu- affectibus ac cupientes, &c. Eadem quasi repetit idè
rantem. Pontifex in alio diplomate, datò sequenti anno, die
 vigesima sexta Martij.

Similia fere habet GREGORIUS XIII. in Bulla
 dat. an. 1577. die 18. Septembris. Ut laudes, inquit,
 gloriosissima Virginis MARIÆ referre, qua salutis
 nostra protulit authorem, lingua nunquam cesset hu-
 mana, sed eius sanctiss. nomen pia deuotione celebre-
 tur ac veneretur: sacrum Ordinem sub inuocatione
 eiusdem

eiusdem B. MARIÆ de monte Carmelo, quem eadem virgo venustissima, & omnium virtutum floribus insignita, edidit, proprijque nominis titulo insigniuit, à pluribus Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris approbatum, varijsque priuilegijs & facultatibus iam pridem decoratum: ex quo in agro Domini uberes fructus manarunt, & indies non mediocres producuntur, gratia nostra speciali complectendum esse censemus. Et post pauca subdit: Nos igitur Ordinem ipsum, illiusque personas inter ceteros Regularium Ordinum Professores, in Catholica Ecclesia militantes, tanquam Religionis exemplar speciali charitate fulgentes, sanctorumque Prophetarum ELIÆ, ELISÆI & ENOCH, necnon & aliorum sanctorum PATRVM, qui montem sanctum Carmeli, iuxta ELIÆ fontem inhabitauerunt, successionem hæreditariam tenentes, specialibus fauoribus & gratijs prosequentes, &c.

Sequentes Bullæ loquuntur de Carmelitis Discalceatis.

SIXTVS Papa V. in Bulla cuius initium est, Decet Romanum Pontificem, ita de illis loquitur: Cum sicut accepimus Fratres Congregationis Discalceatorum Ordinis gloriose Virginis MARIÆ de monte Carmelo, strictiorem & austeriorem, quam alij fratres, Mitigati nuncupati, dicti Ordinis viuendi rationem introduxerint, ac Regulam & obseruantiam primi eiusdem Ordinis instituti sequantur, litterarumque studijs & verbi Dei prædicationibus, necnon diuersis alijs spiritualibus & fructuosis ministerijs, etiam ad remotissimas Indiarum partes, ubi saluandarum suarum operarum animarum copiosior proventus speratur, frequenter transeundo, assidue incumbant, &c. Ac in alia dat. eodem anno die 10. Iulij. Cum (ait) numerus Fratrum & Monialium Discalceatorum, non mediocriter auctus fuerit, & indies maiora (benedicente Domino) suscipiat incrementa, cum diuini cultus augmento, bona fama odore, ac spirituali fructu &

consolatione animarum, tum ipsorum Religiosorum, tum etiam aliorum Christi fidelium, qui p[ro]p[ri]js eorum exemplis in viam salutis diriguntur: iamq[ue] non modo per vniuersam ferè Hispaniam, sed etiam in Indijs quam plura Monasteria & domus, aliaq[ue] regularia loca Discalceatorum instituta & erecta fuerint, &c. Præterea in alio diplomate dato die vndecimo Iulij eiusdem an. 1587. laudat & approbat deuotionem eorum erga SS. Eucharistiæ Sacramentum inquit: Cum sicut accepimus, dilecti filij Fratres Ordinis gloriosiss. Dei genitricis semperq[ue] Virg. MARIE de monte Carmelo, Congregationis Discalceatorum mentis Christi fidelium in his, quæ ad fidem & SS. Sacramentorum usum & frequentiam spectant, præsertim degentium in partibus vicinis terris hæreticorum confirmare & consolidare, ac singulis quintis ferijs, festo nouem lectionum vacantibus missam de SS. Eucharistiæ Sacramento celebrare solent. Nos hanc ceptam laudabilem & salutiferam consuetudinem Apostolica Authoritate tenore præsentium approbantes & confirmantes, monemus & hortamur in Domino prædictas Fratres Discalceatos, ut ubiq[ue] præsertim in partibus vicinis terris hæreticorum, & in Indijs eandem consuetudinem prosequentes, &c. Deinde largitur Fratribus Discalceatis & omnibus Christi fidelibus, qui in illorum Ecclesijs, præfatis ferijs quintis Missæ, Prædicationi, aut Lectioni verbi Dei interfuerint: aut ad orandum accesserint: aut Confessione communicauerint largissimas indulgentias.

CLEMENS VIII. in Bulla quæ incipit, in Apostolica dignitate, sic de hoc Ord. loquitur: Nos cupientes Ordinem prædictum (cuius Professores primitiua Regula à bona memoria Alberto Patriarcha Hierosolymitano ipsi Ordini præscripta, & à scel. record. Innocentio Papa IV. Prædecessore nostro, primo Septemb. anni 1248 Pontificatus sui anno quinto Confirmata normam, tum in regnis Hispaniarum, tum in Italia degentes obseruant, & in vtrumq[ue] insti-

tuti sui finem, priorem scilicet ac potiore, qui est di-
uina unio per orationem & contemplationem, & po-
steriorem, qui est salus proximorum, verbo & opere
sanctorum Prophetarum Eliae & Elisæi, aliorumq;
sanctorum Patrum, quorum hæredes sunt, vestigijs
insistentes incumbunt) in alma Vrbe nostra propagari
(& infra,) Porrò, cum præter fide dignissimorum testi-
monia, quæ de huius Ordinis sanctitate ad nos perlata
sunt, nos ipsi experientia cognouerimus, quantum uti-
litatis in Ecclesia Dei pijs eorum exercitijs, tum ora-
tionibus, mortificationibus, asperitate vitæ, tum Pra-
dicationibus, Confessionibus, & Sacramentorum ad-
ministracione ad Dei laudem, & Christi fidelium ani-
marum salutem quotidie asserat. Volentes ulteriori
eiusdem Ordinis propagacioni, opportunè prospicere, In Bulla
&c. Atque iterum alibi: Præterea (ait) cum vberes dat. an.
laborum suorum fructus ex continuis suis Pradica- 1594 die
tionibus, lectionibus, studijs, exhortacionibus, & alijs 23. Mart.
pæne innumeris pietatis operibus, quæ pro salute ani-
marum assidue præstant Ecclesia colligat, & vberio-
res quotidie colligere speret, utpote qui iam ad Indos
vsque sint non modicè propagati, ibiq; & vbilibet
hominum corda ad Deum, omni studio conuertere ni-
tantur, &c.

Idem Pontifex aliquot ex hoc Ordine ad Regem
Persarum misit, pro illius regni conuersione, varia
& amplissima illis concedendo Priuilegia, quæ pro-
lixè referuntur in Bulla quæ incipit: Dominici gre-
gus cura nobis diuina dispositione commissa exigit, ut
non solum Christi fidelium animarum salutem, quan-
tum cum Domino possumus, prospiciamus, sed infide-
lium quoque conuersioni sollicitis studijs intendamus;
cumq; ad præmissa exequenda Religiosi Viri pietate
Christianâ & Catholica fidei zelo, ac sacrarum litte-
rarum doctrinâ præstantes, & vitæ imprimis ac mo-
rum sanctitate conspicui requirantur, & in vestrà
Religione nunc spiritu feruenti (benedicente Dom no)
Religiosi plures reperiantur, eò quòd diuinâ affluente
K z gratiâ

gratiâ sanctæ orationi ac contemplationi vacantes, scripturarum litterarum studio, prædicationi verbi Dei, atque animarum salutis diligenter incumbitis, & in militia, paupertate, nuditate, abstinentiâ, ieiunijs, & vita austeritate prælucentes, Patris vestri & Prophetæ sanctissimi ELIÆ, vestri instituti auctoris alumnos, & imitatores vos ostenditis, ex vestra religione & Congregatione primitiua obseruantia Discalceatorum nuncupatorum ad Illustrem & Potentissimum Abax Persarum Regem illiusq; Regna, domus & loca, & ad aliorum quorumcumq; infidelium, Schismaticorum, & hæreticorum partes, vt in illis Euangelium Christi prædicare, Ecclesiastica Sacramenta ministrare, & tam fidelium in illis partibus foris degentium animarum salutis consulere, quàm infidelium & aliorum prædictorum conuersioni operam præstare curent, nunc & in futurum aliquos per vos ad hoc deputandos quamprimum deligendos & transmittendos esse duximus. Vt autem ij, quos ipsi ad hoc munus deputaueritis, ministerium hoc facilius & commodius ad Dei gloriam, & Catholica Ecclesia exaltationem adimplere possint, &c. Nunquam tamen manifestius indicauit præfatus Pontifex, quid de Ordine hoc sentiret, quam in sequentibus litteris datis ad Persarum Regem; quarum tenor talis est:

Illustri ac Potentissimo SCIAHABAS Regi Persarum CLEMENS Papa VIII.

Illustris ac Potentissimè Sciahabas Persarum Rex, adiut tibi Deus, & perfectam in omnibus rebus veritatem, & vitam ostendat.

Miimè iam ad te Paulum Simonem, Ioannem Thadæum, & Vincentium, Fratres Ordinis B. Mariæ de monte Carmelo, eisq; mandauimus, vt nonnulla negotia nostro nomine tibi exponerent. Cumque facile futurum sit, vt ea de causa aliquamdiu apud te moram trahant, eis iniunximus, vt interea Christi fideles, qui sub tua potestate sunt, nostro nomine inuisant: vt memores sint salutis æternæ, eos salutaribus

taribus præceptis instruant, & iuxta Christiano-
rum ritum, & facultates eis concessas, spirituali-
bus remedijs & sacrosanctis Sacramentis reficiant.
Vt autem tu aliqua de eorum instituto intelligas,
pauca quædam tibi significanda duximus; ex qui-
bus cætera facile conijcias. Habuerunt olim Reli-
gionis huius Professores, sicut à Romanis Pontifici-
bus prædecessoribus nostris memoria proditum
est, sui instituti auctores Sanctos Prophetas *Eliam* &
Elisam, omnibus nationibus & gentibus notos, &
à *B. Alberto* Patriarchâ Hierosolymitano; magni
nominis viro, proprias regulæ constitutiones acce-
perunt; quibus illis in primis præcipitur, vt sum-
mam obedientiam, perpetuam paupertatem, &
castitatem seruent, deinde vt in lege Domini me-
ditantes, contemplationi & orationi vacent, tum
prædicationi verbi Dei, atque animarum saluti in-
cumbant; atque ideò ad regiones longinquas mit-
tuntur. Et iam *Hispaniarum Regna*, & *Indiam Occi-
dentalem*, nonnullasq; *Italia Ciuitates* peragra-
runt, bonorum temporalium (vt illorum quoque
viuendi rationem accipias) nec communi quidem
nomine, proprietatem, aut vsum retinent: & quo-
tidianum victum, aliaq; ad Ecclesiarum cultum, &
vsum vitæ necessaria, ex piâ eleëmofynarum obla-
tione capiunt: nudis pedibus *Apostolorum more*, so-
leis vtentes incedunt, vnde *Discalceati* nuncupan-
tur; perpetuo à carnibus abstinent, corpus vigilijs,
& ieiunio macerant, horrido cilicio domant, &
crebris verberibus in seruitutem redigunt, vt legi-
mentis non repugnet, & in omnibus diuinæ subia-
ceat voluntati. Dumq; se à carnis petulantia, & ter-
renarum rerum ambitu atque à visibilium volupta-
te custodiunt, ab his etiam alios admonendo com-
pescunt. A te igitur petimus, vt illos & libenter au-
dias, & Christianas functiones cum fidelibus subdi-
tis tuis exercere permittas; nec verò incultum, &
rudem illorum vestitum despicias; nam si vitam &

*Quinam
sint Ord.
Carmelit.
ex senten-
tia Romæ.
Pontif.
Funda-
tores.*

*Commen-
dat & de-
scribit
Pontifex
Carm.
Discal-
ceat. vi-
uendi ra-
tionem.*

mores inspexeris, experieris vt in Domino confidimus, sub illo vili, asperoque indumento latere quasdam præclaras animi dotes, atque virtutes, quibus se & Deo, & hominibus gratos præbere student. Et licet pedibus longinqua loca peragrantes puluere conspergi, & inquinari luto videantur, et eorum tamen colloquijs, & vsu frequenti competies, vt speramus, quam ab omni labe immunes, quæ à rerum humanarum colluuiæ liberi, quam demum speciosi sint pedes Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona. *Datum Romæ apud sanctum Marcum, die quintâ Octobris, anno 1604 Pontificatus nostri 13.*

Ita CLEMENS VIII. ad Regem illum paganum, prout & ad fidelissimum Galliarum Regem PAULVS V. cuius hæc sunt verba:

Charissimo filio Henrico Francorum Regi Christianissimo, Paulus V.

Charissime in Christo fili noster, &c. Hoc vno folatio in tot tantisque nostris laboribus atque sollicitudinibus recreamur, quod etsi humani generis hostis perpetuus numquam cessat, nouis artibus atque perturbationibus, diuinum cultum, & salutem animarum impedire; non desunt tamen ex alterâ parte, qui zelo honoris Dei, & proximi charitate intenti, satagunt verbo & exemplo errantes in semitam rectam redigere, & laborantibus in vinea Domini, auxilium & consolationem afferre. Ex quorum numero certe sunt *dilecti Filij Fratres Carmelitani Discalceati*, qui & in hac almâ Vrbe nostrâ, & per Italiam ferè totam cum magno animarum emolumento assidue laborantes, orationibus, ieiunijs, prædicationibus, confessionibus, alijsque pijs operibus intenti, eximia pietatis & religionis exempla edidère; ita vt meritò à nobis plurimum in Domino diligantur, atque ab omnibus in magnâ veneratione habeantur. Cum autem intellexerimus hunc religiosissimum Ordinem valde desiderari

rari in florentissimo maiestatis tuæ regno, & existimemus horum hominum piorum præsentiam perutilem fore, instaurationi antiquæ illius disciplinæ Ecclesiasticæ, cuius merito regnum istud *Christianissimum* appellatum fuit; quam tu quoque non minus prudenter, quam piè cupere te ostendis: his nostris litteris maiestatem tuam hortari, etiam atque etiam volumus, ad *Carmelitarum Discalceatorum Ordinem* in Galliam introducendum. Confidimus quippe te breui experturum magnam utilitatem ex eorum cum subditis tuæ maiestatis consuetudine. Mirum certè est, quantum valeant ad pietatem in hominum animis introducendum; utpote qui nihil aliud quærant quàm Dei gloriam, & animarum salutem, summam paupertatem in simplicitate cordis colentes. Venerabilis Frater noster *Franciscus Cardinalis de Gioysa*, qui has nostras litteras tibi reddet, vberius adhuc de sanctitate huius religiosi Ordinis docebit mandato nostro, & ad hoc piium opus efficaciter exhortabitur: petimus à te illi, eandem prorsus fidem adhibeas, quam nobis haberes, si te alloqueremur, ac demum tibi persuadeas, gratissimum nobis fore, si intellexerimus *dilectos* nostros *filios*, Fratres *Discalceatos Carmelitanos* in amplissimo tuo Galliarum regno sub maiestatis tuæ patrocínio atque tutelâ exceptos fuisse, mansionemq; firmam ac stabilem, ut desideramus, locauisse. Deum quæsumus te continuâ protectione custodiat, & cum incremento zeli reparandæ Catholicæ religionis, augeat in te dona suæ Sanctæ gratiæ, & maiestati tuæ ex intimis cordis nostri visceribus benedictionem nostram Apostolicam tribuimus. *Datum Roma apud sanctum Petrum 12. Cal. Maij, 1610. Pontificatus Quinto.*

Non dissimiles dedit idem Pontifex litteras ad *Sereniss. Electorem Colonensem*, in quibus inter alia hæc habentur: *Quantum utilitatis sperandum sit ad Ecclesiam sanctæ Catholicæ exaltationem, & quantum*

adiumenti in tuis pastoralibus laboribus tibi polliceri
 possis ex istis bonis operarijs, fructus animarum, qui
 admirabilis colligitur, ubicunque haecenus se receperunt,
 abunde demonstrat. Soli Deo seruiunt, eius honoris,
 & animarum utilitatis tantummodo satagunt,
 caelestia meditantur, terrena despiciunt doctrina &
 charitate Apostolica pleni, Christianam virtutem
 quam verbo docent, exemplo demonstrant: sed haec
 fraternitati tuae satis comperta esse existimamus,
 ideoque tanto magis fraternitatem tuam hortamur atque
 efficaciter requirimus, ut amanter, sicuti speramus,
 Carmelitanorum Fratrum Discalceatorum vestras
 annuas, illis domicilium opportunum, pijs & salutaribus
 functionibus eorum tribuas, atque omnibus
 charitatis officijs, pro consuetapietate, ac benignitate
 tua ipsos, nostri potissimum causa prosequaris: nam
 ita eos tibi commendamus, ut maiori studio, animique
 nostri affectu, non possimus. Omnipotens &
 misericors Deus super te clementer respiciat, cogitationes,
 & consilia omnia in suo sancto beneplice
 disponat, atque perficiat, teque continua protectione custodiat.
 Dat. Tusculi 7. Calend. Iunij 1613.

Plurimum quoque eorundem Discalceat. zelum
 extollit in Bulla, quae incipit, Totius terrarum Orbis
 &c. Magnopere, inquit, pergauisi sumus, cum
 piuum zelum dilectorum Filiorum Religiosorum Ord.
 Carmel. Discalceat. Christianae fidei incrementum
 summo studio affectare perspeximus. Quandoquidem
 ipsi Religiosi non solum, ut iam coeperunt, ad conuersionem
 Infidelium, quocunque opus fuerit, se alacriter
 profecturos profitentur: sed etiam in generali Capitulo
 nuper ab ipsis celebrato, ut capto operi validioribus
 viribus, ac maiori cum fructu incumbere possint, decreuerunt
 domos & Monasteria erigere, in quibus
 Religiosi, qui ad huiusmodi messem aptiores videbuntur,
 diuersarum linguarum scientiam, & controuersiarum
 peritiam, ad euertendos errores Haereticorum,
 Saracenorum, Schismaticorum, Gentilium &
 Iudaeo-

Iudæorum necessariam addiscere, & maioribus vigilijs, abstinentijs, orationibus, alijsq; virtutum exercitijs assuescere possint, ac melius tanto se operi disponant, &c.

Præterea refert R. P. Thomas à Iesu in suo stimulo missionum, siue de propaganda fide per uniuersum Orbem part. 4. cap. 7. PAVLVM V. non semel dixisse, se pro comperto habere, nullam Religionem in Ecclesia Dei aptiorem esse Carmelit. Discalceat. ad opus missionum; quare Indulgentiam plenariam omnibus Religiosis huius Ordinis concessit, qui publicè bis in anno suam renouantes professionem, missionibus iuuuandis, siue pro conuersione infidelium & Hæreticorum se ituros offerrent.

Denique GREGORIUS XV. in suis litteris dat. an. 1621. sic inquit: *Cum sicut magno cum spirituali gaudio nostro accepimus, dilecti filij Religiosi Ord. B. MARIÆ de monte Carmelo, Carmelitæ Discalceati nuncupati, tam in Hispaniarum Regnis, quam in Italia, & noui Orbis, alijsq; mundi partibus pergant assidue Deo, & Ecclesia sancta sua perfectum exhibere famulatum, non solum ipsi Deo per orationem & contemplationem sedulo vacantes, verum etiam animarum salutem exemplo & doctrina sollicitè procurantes, cumq; indies fructus uberiores ex dicta Religionis propagatione, benedicente Domino, sperandi sint, &c.* Solent quoque, vt præfatus Pontifex, in quodam diplomate tradit Carmelitæ Discalceati in qualibet Ordinis sui prouincia, Cœnobium habere Eremiticum, in siluis & locis ab omni hominum commercio disitis extructum, in quo commorantes iugi orationis, precum, ac vigiliarum studio, assidua corporis mortificatione, alijsq; pijs operibus, omnibus fidelibus totiq; Ecclesiæ quam maximè student prodesse. Quam eximia vero sanctimonia Discalceati in dictis eremis niteant, docet Eruditissimus P. Ioannes de Ponte Dominicanus tō. 1. conuenientiæ vtriusque Monarchiæ Catholicæ

lib. 1. cap. 4. his verbis: Saculo hoc nostro felicissimo Patres Carmelitæ Discalceati, Seraphica Virgini Theresiæ alumni, replent deserta nostra æmulante sanctos Hilariones & Antonios in vita instituto. In Septembri anno 1609 adij desertum vulgo Batuecas dictum, Prouincia Castella veteris, visitans sanctos illos Eremitas absconditos in antris & cauernis montium & reclusos in concavis arborum truncis. Deprehendi eos innocentia & simplicitate infantes, virtute gigantes, Angelos puritate, caritate Seraphinos, Contremui in eorum presentia, admirans opera & magnalia Dei & laudans eum in Sanctis suis. Nouam maximamq; saluationis meæ concepi fiduciam per orationes hominum tam mirabilem & prodigiosorum. Hæc ille de Discalceatis Eremitis.

Quantum etiam honoris Carmelitis Discalceatis semper sedes Apostolica detulerit, vel ex eo cuius constare poterit, quod non semel illos assumpsit ad alias Religiones reformandas; & ne longior sim, alijs missis, solum duo exempla adducam. *Clemens Papa VIII. in Bulla, quæ incipit de Religiosorum quorumlibet statu, &c. Dat. an. 1599. die 10. Iulij, deputauit ac constituit Superintendentem Ordinis Fratrum Discalceatorum seu Reformatorum S. Augustini P. F. Petrum à Matre Dei Carmelitam Discalceatum, illiq; dictum Ordinem regendi & gubernandi, eiusq; Statuta & Constitutiones examinandi, & reformandi, ac eorum, & Regularis, ac Ecclesiasticæ disciplinæ obseruantiam introducendi &c. ac denique omnia, & singula, quæ ad dicti Ordinis prosperam directionem, ac felix regimen & gubernium pertinent, gerendi, ordinandi, mandandi, & exequi faciendi plenam, liberam, & amplam facultatē authoritatēq; concessit ac imperijt. Ad eundem effectum assumptus est Autoritate eiusdem Pontificis, ex eodem Carmelit. Discalceat. Ord. in Visitatorem Fratrum Reformatorum seu Discalceatorum Ordinis SS. Trinitatis*

Re-

Redemptionis captiuorum, R. P. F. Elias à S. Martino, Vir pietate, prudentia, doctrina & experientia, ac imprimis Religionis zelo præstans: qui multo tempore cum eis commoratus, ipsorum regimini, directioni, reformationi ac moderationi diligentem nauauit operam.

Quot verò gratiarum & Priuilegiorum indultis *Ordinem Carmelit.* vltro semper cumulauit *Romani Pontifices* longum foret enarrare. Consulat Lector curiosus super his P. *Ferdinandum à S. Maria*, P. *Ildephonsum à Iesu Maria*, & alios qui in hoc argumento desudarunt.

Lubet hic pro coronide subiungere aliquot Sanctorum Virorum de hoc Ordine Prophetias, & diuinas reuelationes. Imprimis perpetua eius duratio reuelata est sancto *Petro Thoma* Patriarchæ *Constantinopolitano*, Apostolicæ Sedis *Legato*, & inclyto Christi Martyri. Hic dum pro Ord. Carmelit. perpetua conseruatione & augmento frequentes ad Deum, & Beatissimam Virginem preces fanderet, & vna nocte Pentecostes instantius id postularet, à Deipara Virgine mirabili hoc responso dignatus est: *Confidito Petre Religio enim Carmelitarum in finem vsq; sæculi est perseueratura; Elias namque eius Institutor iam olim etiam à Filio meo, in illius transfiguratione id petijt & impetrauit.* Hæc reuelatio in officijs proprijs Sanctorum huius Ordinis, anno 1628. Romæ à Sac. Rit. Congregat. approbata fuit. Vnde & versus ille B. V.

*Dum fluet vnda maris, curretq; per athera Phœbus,
Viuet Carmeli Candidus Ordo mihi.*

Eandem Ordinis huius perpetuam durationem, celebremq; per S. V. *Theresiam* factam anno 1562. Reformationem, sanctitatem quoque & merita manifestauit Diuina Maestas multis retro sæculis, S. *Pachomio*, insigni Eliani instituti in Thebaide *Restauratori*, vti refert ex Simeone Metaphraste R. P. *Ioseph à Iesu Maria* in vita V. P. *Ioannis à Cruce*
lib. I.

lib. 1. cap. 1. & Tom. 2. & 3. Annalium huius Ord. Idem Author loco citato refert ex Abbate Ioachim lib. 5. Concord. noui & veteris Testam. cap. 65. & ex S. Cyrillo Constantinspolit. eius coætaneo sequens de Ordine Carmelitarum vaticinium: *Beatus erit Ordo ille, quem Dominus diliget super omnes.* Et post pauca: *Noua Religio erit, quæ omnino erit libera & spiritualis: quia vero in seruando Ordine suo antiquo incipiet frigescere præ senectute, extollentur adhuc aliqui ex his, qui videbuntur esse strenui ad certamen, ut stent in regno Ecclesia pro Patre suo, &c.* Atq; iterum alibi: *Surget, inquit, Ordo qui videtur nouus, & non est* (hoc dicit de Ordine Carmelit. Discaiceat, qui licet videatur nouus, non tamen est nouus, cum sit idem omnino Ordo ex definitione Roman. Pontif. cum antiquo Ord. Carmelit.) *hi crescent & fama eorum diuulgabitur: & predicabunt fidem, quam & defendent vsque ad consummationem, in spiritu & virtute Elix; qui erit Ordo Eremitarum (montis Carmeli) amulantiam vitam Angelorum, quorum vita erit quasi ignis ardens in amore & zelo Dei, ad comburendum spinas & tribulos, hoc est, ad consumendum & extinguedum perniciosam vitam prauorum.*

Aliam magis illustrem licet minus antiquam, S. Vincentij Ferrerij Dominicani Prophetiam de Ordinis huius Reformatione, & Reformationum eius eximia ac rarissima sanctitate, adducit capite vndecimo dicti lib. 1. vitæ P. Ioannis à Cruce. Vbi tradit S. Vincentium adhuc superstitem nonnullis sibi familiaribus Religiosis reuelasse, antiquissimum Carmelitarum Ordinem aliquando ferereformandum: cuius vaticinij memoria nunquam apud dictos Patres interiit. Vnde cum quoddam Dominicanorum Cœnobium aliquando accessisset Venerab. P. Marianus à S. Benedicto, Vir heroicarum virtutum, & vnus è primis Reformationis alumniis, quidam maximæ auctoritatis Religiosus ei palam dixit: *Multis retro annis de noua vestra*

Carmi-

Carmelitarum Discalceatorum Reformatione, apud nos extitit Sancti nostri Vincentij Ferrerij vaticinium; quod etiam in vetustissimo Codice manuscripto eidem legendum exhibuit, non sine stupore præfati P. Mariani.

Quis vero futuris, præsertim nouissimis, temporibus futurus sit Ordinis huius status: quo ardore ac generositate Sectatores eius fidem sint propugnaturi, cum proprij etiam effusione sanguinis: item quomodo laboranti Ecclesiæ suppetias sint laturi, reuelauit Deus pluries Sanctis & amicis suis; in quibus præcipua est, cælestis illa veræ virtutis Heroïdes, diuinorum arcanorum Mystra, mysticæq; Theologiæ Pallas, Matriarcha illa Sanctissima *Theresia à Iesu*, quæ in libro vitæ suæ capite 40. sequentes refert reuelationes, quas etiam plures vitæ eius Scriptores recensent.

Quadam die, inquit, magna cum attentione, dulcedine, & quiete in oratione agens, ab Angelis mihi undique circumdata Deoq; quamproxima esse videbar: incipiebam ergo illius Maiestati pro Ecclesiæ incolumitate supplicare. Dicebatur porro mihi, qualem in nouissimis temporibus Ordo quidam Religiosus fructum esset factururus, & quo ardore & generositate eiusdem Sectatores fidem propugnaturi. *Mira præ-*

Aliàs, cum coram Vener. Sacramento Altaris præces meas funderem, quidam Sanctus, cuius Ordo aliquatenus iam conciderat, mihi apparuit, manu lante, debrum præferens; quem ipse aperiens, aliqua me verba, literis magnis & valde legibilibus in eo exarata, legere iubebat; erant autem hæc: Futuris temporibus Discalce. hic Ordo florebit, & multos habebit Martyres. *Theresia, Deo reuelante, Ord. Carmelit.*

Alio die, dum matutinarum horarum tempore in Choro agerem, apparuere mihi coram me stantes, sex aut septem (tot enim mihi esse videbantur) eiusdem Ordinis Viri, gladios manibus præferentes: quo signo designari existimo, illos fidem propugnaturus; cum enim alio tempore orationi instarem, raptâ in spiritu

me vasto quodam in campo putabam constitutam, in quo multos inuicem certantes & pugnantes vidi; qui autem huius, quem dico Ordinis erant, magna contentione & feruore preliabantur; facies autem eorum mire radiabant, & velut flammis inardescabant, alios quidem ad terram prosternebant, alios necabant: hic porro confictus contra hereticos mihi iniri videbatur. Gloriosum hunc Sanctum adhuc aliquoties conspexi, qui quaedam occulta mihi declarauit, &c. Licet vero S. *Theresia* huius Ordinis nomen, prudens & sciens silentio præterierit, constans tamen sententia est, ipsam de Ordine Carmelitarum Discalceatorum fuisse locutam: & ita docent, præter alios complures, Ven. P. *Ioan. à Iesu Maria* lib. 4. compend. vit. S. *Theresie* cap. 3. *Didacus Iopez* Ord. S. Hieron. Episcopus Turiasonenfis ipsi S. *Theresia* ac *Philippo II.* Hispaniarum Regi à sacris Confessionibus, in eius vita. *Thomas à Iesu* in stimulo Missionum part. 4. cap. 5. *Ioseph à Iesu Maria* loco supra citato. Vbi etiam ait, sanctum illum, qui B. *Theresia* cum libro apparuit, fuisse S. *Eliam* Prophetam: ipsamque *Theresiam* in vita aliquot sibi familiarissimis palam dixisse dictas reuelationes de Ordine Carmelitarum esse accipiendas.

Adducit præterea S. *Theresia*, aliam reuelationem, exhibitam Ven. P. *Mariano à S. Benedicto*, Viro eximie sanctitatis in libro *fundationum suorum Monasteriorum* cap. 27. his verbis: Omnibus Fratribus presentibus habitum B. *Virginis* de monte Carmelo assumpsit, (*Catharina de Cardona*) interfuit inter alios P. *Marianus*, qui mihi met narravit, tali se tunc in raptu & suspensione spiritus fuisse, ut plane sensus omnis & motus expers esset. Et hoc in raptu multos se vidisse Ordinis huius (Carmelit. Discalceat.) Fratres & Sorores mortuos, hos quidem decollatos, alios vero brachijs & tibijs truncatos, tanquam si Martyrio afficerentur: hoc namque in ea visione declaratur, &c.

R. P. THOMAS à IES V libro nuper citato refert quod præfatæ V. Catharina de Cardona, fœminæ raræ sanctitatis, & in vniuersa Hispania ideo celeberrimæ, aliquando apparuerit supra montem quendam ingens spelunca, quam frequens multitudo Carmelitarum Discalceatorum inhabitabat, qui pro fidei Christianæ prædicatione ferro occumbebant. Alias quoque in oratione posita, vidit amplissimum quendam campum, totum sanguine respersum ac infusum, audiitq; à Christo sibi dici: *Sanguis hic est Filiorum ac Filiarum ELIÆ ac THERESIÆ, futuris temporibus profundendus.* Idem Author narrat de alio quodam Religioso, qui inter audiendum Sacrum, supra altari globum quendam velut Christallinum conspexit, ac in eo quamplures Discalceatos Martyrio coronatos.

Quæ omnia comprobari videntur alia antiquiori (nec tamen minus vera) Prophetia B. Hildegardis, Abbatissæ Ordinis S. Benedicti, cuius etiam meminit Paleonyd. lib. 3. cap. 9. Hæc igitur lib. de nouissima Christiana fidei persecutione, cap. Filia Sion. *Venient, inquit, Equi varij coloris, egressio eorum ab Oriente in Occidentem, mutato vellere paulatim incedent, & progressio eorum ab Occidente in Orientem; hi primi & nouissimi; venient ad partes citramarinas ab ultramarinis, in quibus à vetustissimo tempore præfuerunt, unde primum in omnem terram dimanauit Religio Christiana, inde quoque venit vsque in fines orbis terra Religio Carmelitana in MARIÆ nomine suauiter requiescens, in amore Fraternitatis eius continuè proficiens, & ad deuotionem sui cultus, indies amplius recalescens.* Hæc illa: & vt non incongruè Paleonydorus interpretatur, varij coloris Equi, sunt Religiosi Ordinis Carmelitarum, qui olim in Palestina coacti à Saracenis, dimissis cappis albis, eas assumpserunt varij & mixti coloris. Postea verò in Europam descendentes tempore Honorij IV. reassumpserunt cappas albas, quibus à tempore Eliæ & Elisei

& Elisei

& *Elisæi* Prophetarum vñ fuerant: ac ob id in Prophetiæ verbis additur: *mutato vellere paulatim incedent.* Horum (deinde ait) *progressio ab Occidente in Orientem*; forsan significans huius Ordinis profectum versus *Orientem* futurum, ac aliquando ad patrias Sedes, pristinaq; *Carmeli* montis, totiusq; *Syria* loca, magna cum gloria rediturum. Hi (ait) *primi & nouissimi: primi*, tanquam qui in lege veteri Authore *Elia* Propheta, monasticæ vitæ iecerunt fundamenta, ac ex Monachis *primi*, qui *Apostolorum* vestigia secuti, per *Ægyptum*, & *Palaestinam*, aliasq; *Asia* Prouincias Euangelium disseminarunt; *nouissimi* verò, quia in *nouissimis* etiam temporibus pro fide Christi strenuissimè certabunt, ac magno *Elia* contra *Antichristum* dimicanti associati quam plurimi Martyrij palmam consequentur: ac ob id non immerito *B. Hildegardis* nouissimam hanc Ecclesiæ persecutionem, ipsosque fore *nouissimos*, qui pro Ecclesia dimicabunt prædixit.

Nec dissentit ab his præfatus *Abbas Ioachim*, qui in lib. *de magnis tribulationibus Ecclesiæ* sic ait: *Tempore igitur illo, quo venturi sunt, sicut tenet Ecclesiæ Enoch & Elias, eligendi sunt duodecim Viri de hac Religione, ad instar duodecim Apostolorum, qui prædicabunt iterum Euangelium in omni terra, & propter ipsos conuertentur omnes gentes, &c.*

(***)

ORDINIS
CARMELITANI,

Ab ELIA Propheta primùm in-
choati,

Ab ALBERTO Patriarcha Iero-
solymitano vitæ Regulâ tempe-
rati,

A B. TERESIA virgine Hispana
ad primæuam disciplinam re-
uocati,

ORIGO atque INCREMENTA.

Authore

ALBERTO MIRÆO Bruxellensi, Proto-
notario Apostolico, & S. Theologiæ
Licentiato.



Adprobauit Egbertus Spitholdius S. T. L.
Canon, Antwerp. ac Censor, 12. Nouemb. 1610.

L



SERENISS. ET POTENTISS.

ALBERTO & ISABELLÆ
CLARÆ EVGENIÆ, AVSTRIE
ARCHIDVCIBVS, BELGARVM
PRINCIPIBVS PIIS,
FELICIBVS.

*Mulierẽ
fortẽ quis
inueniet.*

MAGNVS ille mundi fabricator Deus humanum in terris genus cum procreasset, virum præesse voluit, feminam verò obtemperare. Itaque non sine causa hanc naturã imbecillem ac fragilem, illum eximio quodam animi ac corporis robore, prudentiaq; singulari præditum videmus. Nimirum maiore quadam vi ac constantia opus erat viris, ad res omnes humanas ex æquo ac bono moderandas. Quo fit, vt mihi certè admirabilior, magisq; prædicanda feminarum, quàm virorum virtus videri soleat. Etenim si præclarum quodq; facinus tantò magis laudibus in cælum efferimus, quanto pauciora ac minora præsidia illi, qui patrauit, credimus subministrata: non est, quòd adeò miremur viros multa sapienter ac moderatè facere, quos ipsa Natura prudentes quodammodo atque excelsos genuit; sed mulieres corpore fragili, animo angusto ac paruo, fortes aliquando atque

atque inuictas sese præbere, id profectò
 suspiciendum, atque in primis laudandum
 puto. Ne longè aut altè exempla petamus;
 multi nostro sæculo illustres ac magnanimi
 heroes in his *Ignatius Loiola*, *Carolus Borro-*
maus, *Philippus Neri*, & alij existère: qui per
 se suosque rem Christianam mirificè auxe-
 runt ac propagarunt. Ex altero sexu vna
 ferè occurrit *TERESIA*, illa verè magna, ve-
 rà admiranda, verè *fortis mulier*, seu potius
 virgo, imò virago: vt æui sui Phœnicem
 non iniuriâ quis nuncupet. Hæc Abulæ in
 Hispania, singulari quadam Dei providen-
 tiâ, illis temporibus nata est, quibus *Lutherus*
 excucullatus apostata virus in Ecclesiam
 cœpit effundere. Ætate iam grandior mo-
 nasticen amplexa, ac demum austerioris vi-
 tæ cupida, supra muliebre naturam, supra
 vires ac conditionem sui sexus se extulit.
 Plurimis namque monasterijs per Hispa-
 niam excitatis, primam sui Ordinis disci-
 plinam ad eò faustè instauravit, vt non mo-
 dò virgines innumerabiles, sed viros quoq;
 doctrinâ & sanctitate eximios ad imitatio-
 nem pellexerit, atque ad cœnobia arctioris
 instituti condenda permouerit. Fuit autem
 progressus. Deo adiutante, tantus, vt Con-
 gr. gatio à *Sixto V.* in prouincias quinq; per
 Hispaniam distributa, & post à *Clemente VIII.*
 proprium nacta fuerit Præfectum Genera-
 lem. Quæ quidem cum *Hispaniam* impleuif-

An. 1515.

Dux fe-
mina
facti.

set, & ad *Occidentales Indos* palmites porre-
 xisset, in *Italiam* demum pedem intulit,
 atque in ipsa vrbe *Roma* collegium seu Se-
 minarium instituit, ex quo sodales feruen-
 tiores, doctrina, linguarum peritia, & alijs
 eiusmodi dotibus insignes, pro Christo le-
 gatione functuri, ad exterarum quasque na-
 tiones emitterentur. Itaque sacra signa mi-
 litia inde in *Sarmatiam* ad Septemtrionem,
 in *Indiam Persiamq;* ad Orientem, & nuper in
Galliam Celticam ac *Belgicam* sunt prolata. In
 vestram dico *Belgicam*, SERENISSIMI PRIN-
 CIPES: quibus non sat fuit, *Ven. M. Annam à*
Iesu, B. TERESIAE olim in terris sociam euo-
 casse, sed virorum insuper religiosorum co-
 loniam, R. P. *Thoma à Iesu* duce & antesigna-
 no, ex Vrbe in provincias hasce vestras de-
 ducendam, piè prudenterque censuistis.
 Gnari nimirum ac præscij, quantum sacer
 hic cœtus, Deo propitio, ad auitam religio-
 nem ac pietatem stabiliendam, hæresesque
 confutandas, progressu temporis, sit allatu-
 rus. Vidistis enim iam olim in *Hispania* ac-
 sensistis, quàm feruens, quàmque potens
Carmelitanae huius societatis sit spiritus;
 vestrumque in eam adfectum singularem
 prolixis iampridem beneficijs testati estis.
 Viuet certè atque ætatem feret aulæum il-
 lud tuum, SERENISSIMA PRINCEPS, quod
 sumptuosissimè atque artificiosissimè (opus
 enim materiam longè exsuperat) elabora-
 tum,

tum, sacro B. TERESIAE tumulo exornan-
do obtulisti. Stabit item florebitque æter-
num illud vestrum Bruxellense cœnobium,
quod regio planè sumptu ac magnificentiâ
à fundamentis, haud procul palatio vestro,
excitatis. Ita vos Deus beatos faciat, ac
felices esse iubeat, OPTIMI PRINCIPES:
Belgicamque vestram, armis civilibus iam
positis, videre donet ab omni interno atq;
externo decore formosam ac florentem.
Antuerpiæ VIII. Kalendas Decembreis, an-
no Christiano cLo. lOc. x.

SER. mis CELS. bus VESTRIS

deuotissimus

AVBERTVS MIRÆVS.

L 3

LECTOR

LECTORI PIO

S. M. D.

DE sacro Carmelitarum ordine verba facturus, pauca quadam de huius instituti origine atque antiquitate praefabor. Anno ante Christi ortum circiter nongentesimo tricesimo Elias propheta clarissimus in Carmelo Syriae monte, quem cultu suo fecit insignem, prima instituti monastici fundamenta iecit: quae gra-

S. Hieron. uisimorum Patrum consensio est. Postquam enim ad Paulin. Dei iussu primogenitum suum, & ex asse paterna Ioan. Cas- laudis heredem Eliseum, ex agri cultura euocatum sibi sociavit; plurimos alios excelsum, & a 2. & alij. fluxu mundi curis exemptum vitae genus affectan- Genebrar. chronolog. tes (quos filios Prophetarum appellatos Scri- lib. 4. an- ptura sacra demonstrat) in agmine illo primario no 5268. recensuit: qui eius domum post raptum, in Oratorium tanti Vatis nomine decoratum in Carmelo dedicarunt.

Card. Ba- Nec Palaestina, Syriae tantum finibus caelestis ronius in institutio circumscripta est; in Aegyptum enim Annot. ad temporis excursu, lectissima gentis colonia, quos Martyrol. Effenos nuncupabant, deductae sunt, ut Eliaz Rom. 20. imitatione Alexandria quoque claresceret. Quid- die Iulij. quid enim Orientis, Austrig, primores, quorum Genebrar- genere Monachorum coetus gloriantur, tradidere: dus in chronol. quidquid etiam ab Oriente in Occidentem extat lib. 1. anno inuectum, non minima ex parte institutionis 3272. Eliaz

Eliæ quedam expolitio, & ad nationes diuersas Trithem.
 coaptatio est; siue contemplationis studium, siue de laudib.
 solitudinem, siue austeritatem, siue paupertatem Carm. c. 3.
 velimus expendere. Omnia quippe capita hæc in Ioan. à Ie-
 cænobijs laudatissima, sic in eo Propheta splen- su Maria
 duerunt, vt Ioanni Baptistæ laudi Christus ver- Calaguri-
 terit, imaginem Eliæ ad viuum expressisse, quasi tanus in
 animi suspensio, eremus, asperitas, castimonia, in- vita B.
 pia. ceteraq; instituti monastici nota quibus Ioan- Theresia
 nes claruit, totidem Eliæ dotibus harmonice con- lib. i. c. 2.
 sentirent.

illi vero Prophetarum filij, Essenive Pala-
 stinam incolentes (quemadmodum & Esseni po-
 stea in Aegyptum traducti, miris exemplis cæptam
 institutionem, vsque ad Virginis partum produ-
 xerunt: neque enim Chaldeorum, aut aliorum Ioan. Hie-
 hostium feritas, quæ vindictam, spoliâq; sitiebat, rosolym. de
 in homines innoxios, & nihil mortale curantes instit. mo-
 defauit, Deo sic agente, vt tanti Vatis eruditio nach. c. 26
 ad eum, cuius typum prætulit, illa sa pertingeret.
 Cum ergo gens diuinis rebus addicta, id in Car-
 melo, quod in Oriente tres illi Reges Barlaam
 posteri, modis licet diuersis, moliretur, vt scilicet
 Deo intentissime vacaret, mox vt Christi splendor
 illuxit, bene comparata Euangelicæ veritatis stu- Arma-
 dium arripuit, & vna cum apostolis in opus prædi- chanus
 cationis incubuit. Cui fidem astruit Sacellum Archie-
 quod in Beatissimæ Virginis honorem ab ea exadi- pisc. in ser.
 ficatum auctores nonnulli prodiderunt. de festo
 Concept.
 Ioan. Hie-

Nec sane decuit Prophetae tanti posteritatem rosol. c. 31.
 ignauia torpescere, cum densas orbis terrarum & 36.

Polyd. lib. 7. c. 3. tenebras lux noua discuteret: sed antiquum pietatis cultum cum nouo potius conciliare, quem
Ioan. Hierosol. de institut. Monach. c. 36. & alij. & ipsa orbis domina Roma suspiceret. Strenuam ergo prima Christi sementi. & Virginis laudi cum Eliæ posteri operam nauarent, illustrissimum cognomentum adepti sunt, ut Virginis fratres appellarentur. Quem sanè honorificum titulum clementissima Regina. & visis, & miraculis uirum inuidiosam propugnauit; multisq; alyis prerogatiuis gentem auxit, inter quas superhumeralis, seu scapulare, temporis processu B. Simoni Anglicano donatum mirificè elucet. Noua igitur Christi agmina concepto fidei orthodoxæ calore validius dimicantia Virginis auxilio feliciter egerunt: & Carmelus cœlestibus iam uiris, quam plantis fecundior, cœpit animos excelsos procreare, ac in hunc modum non tam scripto, quam traditione instructus usque ad annum à Christi natali quater centesimum perdurauit.

An. 400. Creuerat mirum in modum noua Virginis proles, quam scriptis iam legibus temperari opus erat: quamobrem Ioannes Hierosolymitanus Patriarcha quadragesimus quartus (quem Molanus inter Sanctos refert) regulam à Scriptura sacra consilijs, & veterum Patrum, qui ab Eliæ tempore Carmelum incoluere, documentis contextam ei præscripsit. Series uero longa, sub ea Regula, per annos plurimos excurrit, multisq; laboribus & infestationibus Carmelus afflictus est: ad annum quidpe sexcentimum usque numerosa proles increuit: at posthac persecutionibus grauissimis
 Ecclesia

Ecclesie hostium exagitata in patrio monte, quo *An. 800.*]
 se velut in asylum tota recepit, vsque ad octingen-
 tesimum annum perseueravit. Post eum vero an-
 num Pontifices Summi (à Leone illo, qui Pon-
 tificatum ad annum 848. gessit, vsque ad Gre- *An. 1078.*
 gorium VII.) statum rerum aduersarum com-
 miserati, gentem afflictam priuilegijs augere
 perrexerunt.

Verum interlapsis annis aliquot, Aymericus Aymericus
 Lemouicensis, Antiochenus Patriarcha, & Apo- *An. 1120.*
 stolica Sedis in Oriente Legatus, institutionem
 Eliæ pene collapsam conspicatus, regula Ioannis
 è Græco in Latinum traducta, & à multis Latinis,
 qui eò commigrauerant, exactiùs percepta, de-
 iectos animos in auitam obseruationem erigere
 studuit: & Eremitas Carmeli ad communem vitæ
 rationem Latinorum monachorum moribus con-
 sentaneam induxit. Refecit pius Patriarcha sedu-
 litate, ac auctoritate sua Carmeli vires, vt ali-
 quandiu vigerent: at post nonnullos annos, cum
 multa intellectu difficilia è Ioannis regula emer-
 gerent, quæ explanatione indigebant, B. Albertus *An. 1171.*
 Hierosolymorum Patriarcha breuiorem quandam
 regulam compendio, & perfectione laudatam edi-
 dit. Ceterum Eliæ posteritas à calore primo de-
 ferbuit, & excursu temporis, postquam fortiter
 egit, ab Innocentio IV. mitigationem impetra- *An. 1248.*
 uit. Nec tamen (quæ hominum imbecillitas est)
 satis propterea conquieuit; sed post exactos annos
 circiter ducentos; ab Eugenio IV. regulam *An. 1431.*
 rursus leniri curauit: quæ vsque ad nouissimam

reformationem à B. Virgine TERESIA ceptam
prolata est.

An. 1562. Anno igitur millesimo quingentesimo sexage-
simo secundo, sanctissima virgo Teresia regulam
Alberti ab Innocentio modicè temperatam, &
sub ipso temperamento pro primitiua habitam,
tam cupide amplexata est, vt primæuam illam ob-
seruationem, quæ Innocentij mitigationem an-
tecessit, si non superarit, certè æquarit; & ad sui
emulationem duos primùm Patres & sanctitate
& doctrinâ conspicuos, atque alios deinde innu-
merabiles, deposita Eug-nij mitigatione, per-
traxerit: vt in historia progressu luculentius
ostendemus.

Ceterum reformatæ hæc Congregatio plurimos
vtriusque sexus homines, vitæ morumq; sanctitate
illustres, orbi dedit. Ducem suam B. TERESIAM
emulata est in primis B. Catharina de Cardo-
na, è stirpe Cardonensium in Hispania Ducum
prognata, quæ multis miraculis sacræq; visionibus
clara, anno 1577. viuere desijt. Beata item Ca-
tharina à Christo, cuius anno 1598. defuncta,
& Pampelone in regno Nauarra sepulta vitam
scripsit Leonora à Misericordia, illius sôda-
lis: insuper Beatrix ab Incarnatione, monialis
Vallisoletana; Catharina à Iesu, monasticen in
oppido Veas proninciæ Batice professa, & aliæ
plurimæ suo loco à nobis celebrandæ.

Viros inter agmen ducat Ven. P. Ioannes à
Cruce, patriâ Methimnensis, qui demonibus, vt
alter cui nostri Basilius, formidolosus semper
existit.

exstitit. Hunc sequantur P. Augustinus à Re-
 gibus, Astigiensis, Hispanus; P. Franciscus
 cognomento Indignus, qui in Congensi Æthio-
 pum regno quam plurimos Christi castris adscri-
 psit; F. Franciscus à Puerò Iesu, cognomento
 Rusticus, laicus quidem, ut loquuntur, sed ob mi-
 ram sanctitatis opinionem à Clemente VIII. Pont.
 Max. & à Philippo II. Rege Catholico, eiusq. filio
 Philippo III. in veneratione habitus; F. Benedi-
 ctus à Iesu & B. Virgine, Catalanus Pastrana
 conditus; P. Petrus à Matre Dei, Darocensis,
 Hispanus, primus Italicae congregationis Preposi-
 tus Generalis: qui Clementi VIII. Leoni XI. Obijt an-
no 1608.
 & Paulo V. summis ex ordine Pontificibus à Roma.
 sacris fuit concionibus, quoque vix aliquis Ro-
 mæ sanctior eo tempore reperiri posse cre-
 debatur; ut Baronius Annalium tomo XII. in
 rebus gestis anni 1187 predicat. Item P. Fran-
 ciscus à SS. Sacramento, Hispanus Neapoli in
 Italia an. 1609. defunctus, P. Iacobus Mediola-
 nensis, Italus; F. Andreas Burgenfis, laicus;
 P. Antonius à Cruce, Darocensis; F. Didacus
 à Iesu, cognomento Silentarius, Segobiensis; &
 F. Bartholomæus laicus, qui in Nauarra oppi-
 do Tudela an. 1606. diem clausit extremum.
 Omitto P. Antonium à Iesu, qui primus nouæ
 huic reformationi præfuit: P. Nicolaum à Iesu
 Maria Genuensem, totius ordinis Generalem;
 P. Gregorium Nazianzenum, P. Marianum
 à S. Benedicto, Italum: P. Ioannem Bapti-
 stam: P. Dominicum à Præsentatione,
 P. Ioan-

P. Ioannem à Iesu Maria, *Pastranensem*, omnes
instituti eiusdem *Prouinciales*: P. Ioannem à
S. Simone, *Cantabrum*, P. Emanuelem à
Matre Dei, *Biacensem*, F. Didacum à Iesu,
coquum Vallisoletanum, aliosq; innume-
rabiles, alterà huius libri editione
plenius à nobis lau-
dandos.





ORDINIS CARMELITANI

Ab ELIA Propheta primum inchoati,
Ab ALBERTO Patriarcha Ierosolymit. vitæ
Regula temperati,
A B. Theresia virgine ad primæuam disci-
plinam reuocati,

ORIGO.

CAPVT I.

*Carmelitana familia primordia, &
instauratio.*

Est in Syria mons *Carmelus*, quarto lapide ab Acone seu Ptolemaide, vrbe ob triennalem olim obsidionem nobili. In eo monte *Eliam* olim prophetam, & discipulum eius *Eli-seum*, aliosque prophetas vitam egisse solitariam, sacris ex litteris constat. Horum exemplo, post Christum natum, plurimi exinde anachoretæ locum illum tenuere: qui demum *Aimerici Malofaida*, Lemouicensis, Patriarchæ Antiocheni, Sedisq; Apostolicæ trans mare *Legati* operâ, in vnum certis legibus, vno sub capite seu Præfecto, coiere; cum antea sparsim montem incoluissent. Id ad annum Christi M^CXLII. in Chronico suo ecclesiastico Onuphrius Panvinius refert. Secutis deinde temporibus, *Albertus Eremita*, Patriarcha Ierosolymitanus (fuit is *Petri Eremita*, qui belli sacri *Vrbano II. Pont. Max. auctor ac princeps* existit, pro- nepos)

*Carmelus
mons Sy-
ria.*

*Carmeli-
ta in vnâ
coeunt.*

*An. 1141.
Eisdē vitæ
regula
præscribi-
tur ab Al-
berto Pa-
triarcha.*

nepos) *Brocardo* Priori, ceterisque fratribus in monte Carmelo agentibus, vitæ regulam, ex *S. Basilij Cæsareæ Cappadociæ in Ponto Episcopi*, & *Ioannis Episcopi Ierosolymitani* libris concinnatam, præscripsit, anno salutis (vt quidem *Onuphrius* citato in *Chronico* tradit) millesimo ducentesimo quinto. In fine tamen regulæ annus *CLXXI*. adnotatur: nisi forsan in numeros (vt fieri non raro solet mendum irrepserit. Nam illo anno *Albertum* nondum fuisse Patriarcham, ex eodem *Onuphrio* alijsque *Chronographis* constat. Nisi cui fortè probabilius dici posse videatur, regulam istam ab *Alberto* quidem ante Patriarchatum fuisse conscriptam, idque iubentibus fortasse aut rogantibus alijs; postmodum verò nomen eius ac titulum patriarchalem eidem regulæ fuisse præfixum, fidei atque auctoritati apud omnes stabilicndæ.

Quo anno queritur.

Chronica nostra ad an. 1206. consule.

¶ Vt vt sit, illud ex veteri nummo argenteo, ab *Alberto* in gratiam peregrinorum cuso, certò didici, ipsum anno *CLXXI*. Patriarcham Ierosolymitanum fuisse, & vrbe sanctâ à Saracenis captâ apud *Prolemaidem* siue *Aconem* *Syriæ* urbem resedisse. Ceterum *Alfonfus Ciaconius*, libro de vitis Pontificum & *S. R. E. Cardinalium*, disertè narrat, *Albertum Eremitam, ex Episcopo Bethleemitano, Patriarcham Ierosolymitanum, post Heraclium, sub quo sancta ciuitas capta fuit, à Cælestino Papa III. anno 1191. constitutum, & apud Aconem à Saracenis an. 1204. occisum fuisse.* Sed vnde id hauserit, nescio. Quò ad annum obitus, ipsum leuiter lapsus, ex dictis constat. Nummum porro memoratum nos sub eiusdem *Alberti* effigie, ab *Hadriano Collartio*, inter Conditores ordinum religiosorum, *Antuerpiæ* curauimus in lamina ærea exprimendû. Huius nummi ista est inscriptio, ex vna parte: *ALBERTVS PATRIARCHA HIEROSOLYMITANVS ANNO MCCVI.* Ex altera: *HIEROSOLYMA A SARACENIS CAPTA, SEDE ACONEM TRANSLATA. NUMMVS PEREGRINORVM.*

NORVM. Spectantur eodem in nummo insignia vrbis Ierosolymitanæ, nimirum littera H. cum littera I. interfecante (quasi dicas Hierusalem per abbreviationem) & quatuor cruciculæ circumpositæ. Quod contra vulgi errorem, crucem grandiorum cum minoribus quatuor in scuto exprimentis, præter nos & *Scipio Mazella*, in regni Neapolitani descriptione, Italice edita, obseruauit. Spectantur item insignia gentilitia familiae *Eremitana*; quæ ad Petrum Eremitam, sacra, vt diximus, militiae aduersus Saracenos Urbano II. Pont. Max. auctorem, genus suum referens, hodieque apud Francos & Belgas floret. Apud Francos notum *Tristani Eremita*, ducis bellicosissimi, nomen. In Belgis Hannonia atque ipsa Antuerpia suos habet Eremitas. Sunt autem ista gentis Eremitanæ insignia, ex ternis flosculis quinque foliorum itemque ex calculis precarijs, in formam Rosarij, vt vocant, digestis, composita. Ex quo liquet, non vanè Petro Eremitæ calculorum istorum inuentionem à Polydoro Vergilio alijsque adtribui.

Insignia vrbis Ierosolymitanæ.

Eremitana item familia.

Lib. de Inuentoribus rerum.

Ceterum regulam ab *Alberto* Patriarcha conscriptam *Honorius III.* Papa anno MCCXXVI. eiusque successor *Gregorius IX.* confirmarunt. Lapsu vero temporis, cum religionis feruor, quæ humana est III. confirmata fragilitas, paulatim tepesceret, *Innocentius IV.* Pont. Max. per *Hugonem* tit. S. Sabinae Cardinalem, *Regulam & Guilielmum* Antidarensis Episcopum, rigorem *Carmelitarum* regulæ MCCXLVIII. primus nonnihil temperauit. Post *Eugenius IV.* quod ijs temporibus ita conuenire videretur, abstinentiæ a carnibus ac ieiuniorum rationem, de que secessu ac mansione in cellulis assidua præceptum, edito MCCCXXXI. diplomate, mitate, mitigauit. At vero primæum vitæ monasticæ rigorem *B. TERESA de LESY, mulier, seu Ioan. Tripotius* virgo, imò virago, vere fortis, nostro sæculo reuocauit; monachalium primum, post & monachorum Carmelitarum excalceatorum, iuxta præscriptum

Aduerte quod ante *Honorium III.* confirmatae sunt *Innocentius III.* & *Innocentius III.* ut testatur *them. c. 4.*

scriptum diuinæ regulæ, ab *Alberto* Patriarcha Ierosolymitano dictatæ, viuentium familijs sanctissimis in Hispania & alibi institutis.

B. Teresa nascitur. Nata est autem B. TERESA Abulæ, quod est Castellæ oppidum, nobili in primis apud Hispanos

An. 1515. gente *Abumadâ* & *Cepedâ*, anno superioris sæculi quintodecimo, V. Kalendas Aprileis, pridie festi *S. Bertoldi*, familiæ olim Carmelitanæ sodalis. A parentibus summâ curâ diligentiaq; educata, unâ cum lacte ea virtutis semina imbibit, quæ in omnem ætatem adhæserunt. Annos viginti & menses septem nata, Carmelitanas inter moniales Abulæ in patria nomen dedit, in cœnobio eius vrbs primario, quod *Incarnationis* vulgò nuncupant. Post vitæ austerioris cupida, inde, Superiorum permisso, cum sodalibus aliquot digressa, nouum Abulæ monasterium, *S. Iosephi* cognomento, nobile excitauit; in eoq; primam, vt vocant, regulam, quam *Albertus*, vt diximus, Patriarcha cotinnavit, exactè seruari voluit atque præcepit. Huius instar plurima postmodum cum virginum, tum virorum cœnobia apud Hispanos, B. TERESA procurante, sunt exædificata: *Gregorio XIII.* & *Sixto V.* Romanis ex ordine Pontificibus adprobantibus.

An. 1535. Pium hoc institutum exinde *Italia*, *Gallia* *Celtica* & *Belgica*, atque ipsa etiam *India* vtraque, *Orientalis* & *Occidentalis*, aliæque Christiani orbis prouinciæ auide sunt amplexæ. Beata porro TERESA, vitæ stadio sanctissimè decurso, libris asceticis plurimis, Deo inspirante, conscriptis, denique rebus domi forisque præclare ac fortiter gestis, Abulæ in Hispania, quod regni Castellæ est oppidum, diœcesis *Salmanticensis*, Ducatus titulo illustre, anno salutis *MDLXXXII.* ætatis *LXVIII.* pijsimè in domino obdormiuit. Sacrum eius corpus ibidem honorificè est conditum, quod hodieque incorruptum, non sine miraculo odorem spirat suauissimum, oleumq; stillat saluberrimum, totâ inspe-

B. Teresa moritur.

An. 1582.

inspectante atque obstupescente Hispaniâ. Ne cui autem ista minus credibilia fortasse videantur, mones similia legi de *S. Catharina* virgine & martyre Alexandrina, deq; *S. Valburga* virgine Britannâ, Eichstadij in Germania quiescente, alijsque.

Ceteram *B. TERESÆ* vitam ac miracula, sermone Hispano scripsere, *Franciscus Ribera*, Soc. IESV Theologus eximius, & *Didacus Iepesius*, ex ordine D. Hieronymi, Episcopus Turiasonensis, pietissimæ virgini à factis confessionibus. Scripta eius ascetica ijs, qui ad perfectæ vitæ metam contendunt, vtilissima, & spiritum, vt vocant, seu meditando rationem (quâ, tamquam iaculo diuino, Lectorum mentes suauiter vulnerat, atque ad virtutis studium mirifice inflammat) summi nostræ ætatis viri vnanimi consensu adprobarunt. In his fuere *Spiritum B. Ludouicus Beltramus*, vitæ sanctitate, miraculisq; nostro æuo clarus; *M. Auila*, quiq; vitam huius *B. Teresa* vni conscripsit; *Ludouicus Granatensis*, ecclesiastes probarunt facundissimus; *Dominicus Bannezius*, Doctor Theolog. Salmanticensis & philosophus summus; *Bartholomæus Medina*, Theologus item Salmanticensis; *Didacus Chavesius*, Philippo II. Hisp. Regi à factis confessionibus; *Ioannes Gutierrez*, eidem Regi factis à concionibus; *Ferdinandus Castilius*, qui Dominicanæ ordinis historiam fusè conscripsit; *Garcias Toletanus*, Indiarum Comissarius generalis, cuius iussu ipsa virgo *B. TERESA* vitam suam litteris consignauit; *Petrus Fernandez*, *Ioannes Salinas*, *Philippus Menesius*, viri cum pietate tum doctrinâ eximij, & Dominicanæ omnes instituti sodales.

Ex Societate IESV, præter Fr. Riberam eiusdem *Soc. Iesv* virginis præcones exstiterè, *Franciscus Borgia*, ex *Theologi*, Duce Gandiæ, Soc. IESV Præpositus Generalis tertius; *Henricus Henriquez*, *Antonius Posseninus*, *Gaspar Salazarius*, *Balthasar* & *Rodericus Aluarezij*, *Hieronymus Ripalda*, alijsq; non pauci. Omitto

M

Theologia

Antistites. *Theotonium Eboræ*, *Christophorum Roxam* Hispalis, *Ioannem Riberam* Valentia, *N. Velasquius* Compostellæ, *Christophorum Belam* Burgi Archiepiscopus; *Aluarum Mendozam*, & *N. Sierram* Palentia, *Ioannem Oroscum* Couarruuiam Guadix, (cuius exstat liber de vera & falsa prophetia,) *Laurentium Otadium* Abulæ, *N. Mansum* Calaguris, *N. Castrum* Segobia, Episcopus; *Didacum* Couarruuiam, celeberrimum Castellæ Præsidentem, *Thomam Bozium*, aliosq; cum doctrinâ, tum dignitatibus ecclesiasticis illustres.

Principes. Ut de Principibus aliquid addam; *Philippus II.* Hisp. Indiarumque Rex, eiusque soror *Maria* Imperatrix, *Maximiliani II.* Cæsaris vidua, summo *B. TERESIAM*, eiusq; sociâ honore sunt profecuti. *Henricus IV.* Gallia & Nauarra Rex apud *Clementem VIII.* Pont. Max. institit, ut huius institutionales in Galliam mitterentur. *ALBERTVS AVSTRIVS*, & *ISABELLA CLARA EVGENIA*, Sereniss. Belgarum Principes, eas ipsas Lutetiâ Parisiorum ad se euocarunt, sumptuosissimo Bruxellis monasterio à fundamentis excitato. Ex quo haud multò post colonia Louanium & Montes Hannonia sunt deductæ; aliò itidem, ut speramus, breui protrahendæ; operâ in primis Ven. *M. Anna de Iesu*, quæ *B. TERESÆ* sociâ olim exstitit. Finio, & coronidis loco, tumuli inscriptionem, quæ Albæ visitur, in Lectoris gratiam appono:

RIGIDIS CARMELI PATRVM RESTI-
TVTIS REGVLIS
PLVRIMIS VIRORVM FOEMINARVMQ.
ERECTIS CLAVSTRIS
MVLTIS VERAM VIRIVTEM DOCENTI-
BVS LIBRIS EDITIS
FVTVRI PRÆSCIA, SIGNIS CLARA
COELESTE SIDVS AD SIDERA ADVOLAVIT
B. VIR.

B. VIRGO TERESA

IV. NON. OCTOB. CLDXXCII.

MANET SVB MARMORE NON CINIS,
 SED MADIDVM CORPVS, INCORRVPTVM,
 PROPRIO SVAVISSIMVM ODORE,
 OSTENTVM GLORIAE.

CAPVT II.

Restituti Carmeli progressio, & institutum.

VT curioso Lectoris animo satisfiat, æquum erit, instituti à B. Virgine *Theresia* instaurati rationem, ac progressionem breuiter exprimere. Clementissimus ergo Deus hac ætate Virginem hanc excitauit, vt opus excelsum moliretur. Cum enim per annos plures inter moniales Carmelitanas egisset, nec illud mite viuendi genus sitim diuini amoris, quo flagrabat, expleisset: grandi ausu arctiorem vitæ disciplinam ad eò fauste condidit, vt non Virgines plurimas tantum, sed eximios quoque viros ad imitationem allexerit, claustro egressa multas vrbes obierit, monasteria multa construxerit, eodemq; tempore Patres illos, qui eam æmulari cœperunt, ad cœnobia plura condenda permouerit. Fuit autem progressus, Deo propitio, tantus, vt Congregatio à *Sixto V.* in prouincias distributa, & à *Clemente VIII.* Generalem proprium nacta fuerit, quæ postquam *Hispaniam* impleuit, & ad Occidentales *Indos* palmites porrexit, nunc in Italia coalescens de Orientis ac Septemtrionis missionibus serio cogitat.

Opportunum quippe, & suæ, & proximorum saluti proficetur institutum, ex contemplatione actioneque pia ita permixtum, vt primam & potiore partem contemplatio, secundam, & posteriorem actio sibi vendicet. Vt vero partis vtriusque

M 2

fun-

functiones perfectius obeat, licet ubique intactas eiusdem regulæ præscriptiones obseruet: sub regula tamen eadem quaternæ cœnobiorum genera diuersis modis instituit. Ijs enim, qui recenter induuntur, monasteria à sæcularium commercio dissiata condit: ijs, qui à concionibus, prælectione, sermone, alijsve laboribus interquiescunt, alia in Eremitis assignat: ijs, qui Philosophiæ, ac Theologiæ nauant operam, propria collegia tribuit: ijs qui prædicationi, sacramentorum administrationi, alijsque pijs erga proximos operibus insudant, viciniora urbibus cœnobia erigit: quæ tamen omnia in scopum eundem concinna varietate conspirant. Denique ut saluti eorum, qui ab Ecclesia exulant, pro virili consulat, in Vrbe Seminarium extruit, vnde Religiosi feruentiores, doctrina, linguarum peritia, & alijs eiusmodi dotibus insignes, ad exteras nationes, iuxta Summi Pontificis arbitrium, pro Christo legatione fungantur.

Exercitia vero Congregationis, vtrique instituti parti, seu fini congruentia, hæc sunt: Pro contemplatione tuenda, solitudo, silentium, ieiunium, asperitas vitæ, cura recessus adeo exacta, ut excepto Priore, Concionatore, Confessario, Procuratore, ad opera necessaria prodeuntibus non solum domo egredi, sed neque intra Claustrum deambulare, nec vero nisi statis horis ad chori, cœnaculi, oratorij, & aliorum locorum communes actus, vel peculiaria officia cuique iniuncta obeunda, cella vquam exire liceat. Recessus autem minime otiosus est, regula grauitè aiente: *Maneant singuli in cellulis suis, vel iuxta eas die ac nocte, in lege Domini meditantes, & in orationibus vigilantes, nisi alijs iustis occasionibus occupentur.* Oratio, quæ mentalis appellatur, & contemplationi gradum struere debet, binis quotidie horis; altera mane, altera vespere exercetur, oratorio ad hoc opus destinato, quo Fratres vniuersi conueniunt.

Horæ

Horæ vero Canonicae, quæ contemplationi mentem adaptant, ita dicuntur, ut Matutinæ, nocte media; ceteræ statutis temporibus in choro sedate, & quoad fieri potest, religiose solvantur. Examen conscientia, quo diuinæ contemplationis impedimenta depelluntur, & animus, ut niteat, & perspicacius cœlestia sensa concipiat, expurgatur, bis in commune per singulos dies paulo ante prandium, & noctis somnum habetur.

Silentium, quod rebus caducis ostium oppilat, ut æternas ore clauso custodiat, religiosissime colitur; neque enim Fratres, nisi de peculiari Superioris concessu, mutuo colloqui possunt; tantum abest, ut cum sæcularibus sine venia verba facere liceat; verum à prandio per annum integrum, & à cœna per ætatem, horam circiter unam in loco uno Fratres comiter, ac modeste colloquuntur.

Corporis castigatio, quæ pondus carnis extenuat, ut agilius mens ad cœlestia feratur, austera est: nam esus carnis, nisi morbus premat, interdicitur; ieiunium per septem continuos menses protrahitur; ubi sextas anni totius ferias, & vigilias minime recensemus. Vestis rudis, nuditas pedum, lectulus tribus, quatuorve tabulis constructus, duabus lodicibus, & puluino laneo tantummodo stratus, terna per hebdomadas singulas verberatio, & paupertatis Apostolicæ cultura corpus animo subiugant, & ad expetenda diuinæ consuetudinis solatia, ubi temporanea desunt, acriter incendunt.

Quod vero ad piam spectat actionem, quæ posteriori instituti pars est, omnibus festis per totius anni decursum, & per Quadragesimam, iuxta patriæ morem, concio habetur; & Sacramentorum frequentia commendatur, & alitur. Societates laicorum annexæ cœnobijs eriguntur; ubi de morum correctione, idoneo Sacramentorum usu, orationis exercitio, status electione, ac eiusmodi alijs admonentur, & ad Christianam perfectionem incitantur.

Trium autem votorum cultus accuratissimus est: obedientia quippe exiguum aquæ potum, sine Superioris expresso consensu, quasi graue piaculum horret: & in morem introductum est, vt omnes cordis latebræ Superioribus aperiantur, eorumq; consilio per omnia regi vniuersi Fratres impent cupiant. Castitas studiosissime colitur, vt decet purissimæ Virginis filios: sunt enim actus Congregationis omnes ad eam perficiendam appositi. Paupertatis Apostolicæ studium plane mirum est. Nemo quippe præter lectulum, libros è communi bibliotheca de Superioris venia depromptos, Crucem ligneam, duas vel tres imagines papyraceas, vel pomum quidem vnum habere permittitur.

Humilitas (quam Congregatio velut reginam veneratur) præter exercitia familiaria, & obsequia Fratrum alterna, sancitur voto quarto, prælationem, vel officium intra Congregationem non ambiendi, & extra, nisi obstringente Summo Pontifice, non accipiendi.

Charitas demum, quæ structuræ torius fastigium est, multa exercitiorum æmulatione succrescit. Clementissimus enim Deus ad hæc omnia peragenda cœlestis gratiæ vim abunde largitur: quam ad gloriam immortalem suam, & animarum salutem, hac potissimum tempestate perficiat. Institutum hoc leuiter à nobis adumbratum (quod exceptis functionibus, & ritibus, quos femineus sexus excludit, à Monialibus æquè colitur) B. Virginii TERESIÆ acceptum referendum est.

CAPVT III.

Sixti V. Pont. Max. diploma, quo reformatio Ordinis à B. TERESIA instituta adprobatur.

SIXTVS PAPA V. *Ad perpetuam rei memoriam.*
Quæ à Prædecessoribus nostris pro personarum, maximè Religiosarum bono regimine,

& mutua quiete, & concordia inter eas conseruanda salubriter ordinata sunt, ea vt firmiora persistant, libenter cum à nobis petitur, nostram interponimus auctoritatem.

Alias siquidem post confirmationem Regulæ Fratrum Eremitarum Ordinis B. MARIÆ de monte Carmelo, quæ de mandato scilicet rec. Innocentij Papæ IV. nostri prædecessoris a bonæ mem. Hugonis tit. S. Sabinæ Presb. Card. & Guilielmo Episcopo Antheradensi correctæ, & declarata, ac deinde iuxta correctionem, & declarationem huiusmodi ab eodem Innocentio Prædecessore comprobata fuisse asseritur: piæ mem. Eugenius Papa IV. etiam prædecessor noster rigorem illius mitigans & Regulam ipsam moderans, ordinasse, & concessisse inter alia dicitur, quod eiusdem Ordinis Professores tribus dumtaxat diebus singularum Hebdomadaram, etiam quibus ieiunare iuxta eandem Regulam essent astricti, præterquam in Aduentu, Quadragesima, & alijs generaliter prohibitis diebus, carnibus vesci, & horis congruis in eorum Ecclesijs manere, ac per claustra & eorum ambitus deambulare liberè & licitè valerent. Decernens eosdem Fratres circa præmissa ad arctiorem obseruantiam, quam superius præmittitur, occasione Professionis in dicto Ordine emissæ, vel in posterum emittendæ minimè teneri, & alias, prout latius in dictorum Prædecessorum litteris dicitur contineri. Ac demum cum recentioris memoriæ Gregorio Papæ XIII. similiter Prædecessori nostro expositum fuisset, quod de anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, seu alio veteriori tempore nonnulli Professores dicti Ordinis cum licentia sui Prioris Generalis tunc in partibus Hispaniarum existentis, aliquot Fratrum, & Monialium eiusdem Ordinis Monasteria, in quibus primitiua Regula præfata cum omni obseruantia & rigore retineretur, in Hispaniarum Regnis, sub

obedientia tamen Prouincialis fundare & ædificare
 cœperant, quodque Regulam & obseruantiam hu-
 iusmodi tam fundatores præfati, quam alij, qui ex
 Mitigatis pro tempore admittebantur, renuntian-
 do mitigationi, & relaxationi dicti *Eugenij* Præde-
 cessoris, transacto probationis anno, denuo, ac
 etiam alij de seculo venientes profitebantur, ac nu-
 merus Religiosorum, qui *Discalceati* nuncupantur,
 primitiuam huiusmodi Regulam profitentium, &
 obseruantium, magnopere vti tunc expressum
 fuit, excreuerat, quodq; iidem Religiosi *Discal-
 ceati*, vltra contenta in dicta Regula, de licentia
 ipsius Prioris Generalis, & cuiusdam Vicarij per
 eum in Prouincia Castellæ deputati, & cum appro-
 batione visitatorum Apostolicorum dictæ Religio-
 nis, quædam alia instituta ad carnis mortificatio-
 nem, & populi ædificationem, ab initio suæ insti-
 tutionis obseruare incœperant, veluti discalceatos
 incedere, indui sacco, dormire super tabulis, ad
 subleuandam suam inopiam manibus proprijs ope-
 rari, multum se in oratione exercere, diuinumq;
 officium sine cantu, & sine modulatione recitare.
 Idem *Gregorius* Prædecessor Charissimi in Christo
 filij nostri (tunc sui) *Philippi* Hispaniarum Regis
 Catholici, ac etiam eorundem Fratrum Discalcea-
 torum precibus annuens, de consilio venerabilium
 Fratrum nostrorum, tunc suorum, S. R. E. Cardina-
 lium super visitatione Apostolica, consultatione
 Episcoporum, ac Regularium reformatione depu-
 tatorum (de quorum numero nos quoque in mino-
 ribus constituti, & Cardinalatus honore fungentes
 tunc eramus) institutum huiusmodi, quod iuxta
 primitiuam Regulam ipsi Fratres profitebantur,
 laudando & approbando, dictos Fratres, & Monia-
 les primitiuam huiusmodi Regulam in Regnis Hi-
 spaniarum obseruantes (*Discalceatos* nuncupatos)
 eorumq; Domos, Conuentus, Monasteria, & loca
 tunc & pro tempore existentia à Prouincijs Fra-
 trum

trum, & Monialium eiusdem *Ordinis B. MARIÆ de monte Carmelo* Regulam per dictum *Eugenium* Prædecessorem mitigatam, tunc, & pro tempore Observantium (qui *Mitigati* nuncupantur) penitus, & omnino in perpetuum autoritate Apostolica seiunxit, separavit, ac dismembravit, ipsosq; *Discalceatos* ab omni & quacunq; iurisdictione, visitatione, correctione, superioritate, quæ Prioribus, Prouincialibus, cæterisq; Prælatis, & Superioribus *Mitigatis* in ipsos *Discalceatos* competebat, perpetuo exemit & liberavit, ac eorundem Fratrum, & Monialium *Discalceatorum* Domos, Monasteria & loca quæcunq; eatenus erecta, & instituta, & ex tunc in futurum erigenda, & instituenda in vnam Prouinciam de per se (*Discalceatorum* nuncupandam) per vnum Priorem Prouincialem, qui in capitulo ipsius Prouinciæ ex eisdem *Discalceatis* ut præfertur eligi deberet, regendam & gubernandam in perpetuum erexit, & instituit, ac ipsam Prouinciam Fratrum, & Monialium *Discalceatorum* sub obedientia, & superioritate Prioris Generalis totius ordinis ad instar aliarum Prouinciarum eiusdem Ordinis perpetuo subiectam remanere, subesse & subiacere voluit. Qui Prior Generalis per se ipsum tantum, vel per alium virum idoneum ex ipsis *Discalceatis*, & iuxta eorum primitiuam Regulam, ac Regularia instituta ab ipsis *Discalceatis* obseruari solita eos visitare, reformare, corrigere, & punire possit, in Monasterijs tamen, Domibus & locis ipsorum Fratrum *Discalceatorum*, extra quæ nullatenus ipsi *Discalceati*, vel aliquis eorum ab eodem Priore Generali quouis prætextu, vel occasione amoueri, assignari, mutari, extrahi, seu transferri, aut ad alias Prouincias mitri, aut retineri possent, nisi aliter in eorum Capitulo Prouinciali fuisset ordinatum; ipsi vero dictæ Prouinciæ *Discalceatorum* Fratres in præmissis perpetuo eidem Priori Generali parere, & obedire, & cum ipsum ad

eorum Monasteria, Domos, & loca diuertere, aut pro visitatione huiusmodi, vel alias accedere contigisset, cum omni humilitate & reuerentia benigne recipere, & pertractare tenerentur, & deberent: Priori vero Prouinciali eiusdem Prouinciae Fratrum Discalceatorum ipsos Fratres, & Moniales Discalceatos, illorumq; Domos, Monasteria, & loca quaecunque regendi, gubernandi, visitandi, reformandi, corrigendi, puniendi, & castigandi, ac Capitulum Prouinciale suis loco, & tempore indicendi, conuocandi, congregandi, & celebrandi, quoscunque Officiales necessarios vna cum Capitularibus eligendi, ac quaecunque statuta, & ordinationes pro bono regimine ipsius Prouinciae, & Dei seruitio in eodem Capitulo condendi, mutandi, alterandi, ac in totum si videbitur, abrogandi, ac etiam de nouo edendi, dummodo sacris Canonibus, & Concilij Tridentini Decretis, ac Constitutionibus Apostolicis, eorumq; primitiuae Regulae, & institutis praefatis non aduersarentur, & abusus quoscunque tollendi, & emendandi, Monasteria item Domos & Conuentus tam virorum, quam mulierum eiusdem prouinciae in quibuslibet locis cuiusuis licentia desuper non requisita de consensu dicti eorum Capituli, & alias seruata forma eiusdem Concilij, construi & aedificari faciendi, ipsiq; Priori Prouinciali, postquam electus fuisset, officium suum exercendi, absque alia confirmatione (quam tamen a Priori Generali totius Ordinis mox petere teneretur) plenam & liberam facultatem concessit, ac prohibuit perpetuo, ne Fratres, & Moniales Discalceati ad suum Fratrum Mitigatorum, vel alium Ordinem praeterquam Carthusianorum sine Apostasiae nota transire possent, atque inhibendo sub poena excommunicationis Priori Generali, Prouincialibus, & Commissarijs, alijsq; Praelatis, Ministris, aut Officialibus, ne eosdem Fratres, vel Moniales Discalceatos super praemissis quoquo

quoquo modo molestarent: ipsis etiam Discalceatis indulget, ne eis vlllo modo parere, aut deferre tenerentur, salua tamen in reliquis obedientia Prioris Generalis totius Ordinis, cui eos perpetuo subiectos esse, & subiaccere voluit, aliaq; nonnulla eisdem Discalceatis sub certis modo, & forma tunc expressis concessit, & indulget, cum de sic iudicando, & irritanti, alijsq; decretis, & clausulis præseruatiuis, & derogationibus adiectis, certis etiam iudicibus, siue etiam executoribus deputatis, prout in litteris *Gregorij* Prædecessoris huiusmodi sub data die vigesima secunda Iunij, Anni Domini millesimi quingentesimi octogesimali in forma Breuis expeditis latius continetur. Ad quarum litterarum executionem cum (sicut iidem Fratres Discalceati nobis exponi fecerunt) iam processum fuerit, & vsus ipse doceat indies magis (iuuante Domino) ex illarum dispositione plura Monasteria ad honorem diuini nominis, & eiusdem Prouinciæ, atque adeo totius Ord. salubrem directionem, statumq; pacificum, & tranquillum redundare. Propterea nobis fuit humiliter supplicatum, vt hæc ipsa pro eorum subsistentia validiori de nouo autoritate Apostolica roborare, de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur dicti *Philippi* Regis, ac eorum Discalceatorum supplicationibus inclinati dictas *Gregorij* Prædecessoris literas, quarum tenorem præsentibus haberi volumus pro expresso, tam quoad præmissa, quam reliqua in eis contenta, ac processibus habitos per easdem, & inde secuta omnia, & quæcunque autoritate Apostolica perpetuo approbamus, & confirmamus, illisq; perpetuæ, inuiolabilis, & inconcussæ firmitatis, & approbationis Apostolicæ robur adijcimus, eaq; vniuersa, & singula præsentis scripti patrocinio communimus, ac omnes, & quoscunque iuris, & facti vel solennitatum, aut alios defectus, etiam substantiales, si qui interuenerint in

rint in eisdem), supplemus, eaq; de nouo per præ-
sentes, alias tamen iuxta formam, & tenorem præ-
fatarum *Gregorij* Prædecessoris literarum concedi-
mus, indulgemus, statuimus, & ordinamus, ac per
eos, ad quos spectat, firmiter, & inuiolatè obseruari
in omnibus, & per omnia percipimus & manda-
mus. Decernentes ex nunc irritum, & inane, si le-
cus super his à quoquam quauis autoritate scien-
ter, vel ignoranter attentatum forsan est hæctenus,
vel in posterum contigerit attentari.

Ac insuper eorundem Discalceatorum precibus
in hoc quoque annuentes vniuersis, & singulis Fra-
tribus, ac Monialibus Discalceatis præfatis tam
professis, & in sacris etiam presbyteratus Ordini-
bus constitutis, quam alijs quibuscunque, vt in eo-
rum Ecclesijs, Domibus, Monasterijs, & locis, tam
in Choro, quam extra Chorum, horas Canonicas,
Diurnas, & Nocturnas secundum vsu, ritum, &
morem Rom. Eccl. iuxta formulam Breu. Rom.
nouissimè ex decreto dicti Trid. Conc. refor. &
piæ mem. *Pij* Papæ V. & Prædecessoris nostri iussu
editi publice, & in simul, ac etiam priuatim, & sin-
gillatim dicere, & recitare liberè, & licitè valeant,
ita vt amplius ad dicendas horas Canonicas secun-
dum ritum, & morem dicti Ord. *B. Mariæ de*
monte Carmelo minimè teneantur, & nihilominus
præcepto, & obligationi satisfaciant.

Quodq; eisdem Discalceatis in Rom. Curia Pro-
curatorem suæ Prouinciæ Discalceatorum ad tra-
ctanda eiusdem Prouinciæ negotia ex numero
ipforum Discalceatorum destinare, & perpetuo ha-
bere liceat, autoritate præfata de speciali gratia
concedimus, & indulgemus.

Quocirca venerabilibus Fratribus *Toletano*, &
Hispalensi Archiepiscopis, & *Episcopo Palentino*,
ac dilecto filio *Causarum Cur. Cam.* Apostolica
Auditori Generali, ac vniuersis & singulis Patriar-
chis, *Archiepiscopis*, *Episcopis*, & alijs Ecclesiarum

Præla-

Prælati, nec non quibuscunque in dignitate Ec-
clesiastica constituti per Apostolica scripta man-
damus, &c. Datum Romæ apud sanctum Marcum
sub annulo Piscatoris die vigesima Septembris,
millesimo, quingentesimo octogesimo sexto, Pon-
tificatus nostri anno secundo.

CAPVT IV.

*Elenchus monasteriorum à B. TERESA, alijsq;
postea excitatorum.*

CVM de primæua regula, quam *Albertus Pa-*
triarca Ierosolymitanus concinnauit, deq;
seuerioris vitæ disciplina in usum reuocan-
da, B. TERESA firmiter statuisset: primum, vt dixi,
monasterium, in *D. Iosephi* honorem, ipsa *Abula Auila.*
excitauit: vestisque sacra virginibus quatuor anno *1562.*
cło. 106XII. primum data. Hoc institutum non mo-
dò *Ioan. Bap. Rubens* Rauennas, Carmelitarum
Præfectus generalis, sed & *Pius IV.* Pont. Max. di- *1565.*
plomate cło. 106XV. edito adprobauit. Quorum
auctoritate permota B. TERESA de alijs alibi cœ-
nobijs instituendis seriò cogitauit.

2. Secundum itaque monasterium *Methymna Medina*
Campi, nobilissimæ matronæ *Helena Quiroga opi- del Campo*
bus, MDLXVII. est institutum. *1567.*

3. Cœnobium *Malagonense* anno proximè in- *Malagon.*
sequenti *Ludouica de la Cerda*, N. *Methymnæ cæli* *1568.*
Ducis soror, inchoauit.

4. Eodem anno, ad muros vrbs *Vallisoletana, Valladolid*
in fundo *V. N. Bernardini Mendozæ*, monasterium, *1568.*
Conceptionis B. Mariæ Carmelitana titulo, excita-
tur: inde ad locum commodiorem, *Maria Mendo-*
za (erat ea coniux magni, vt vocant, Commenda-
toris *Cobos*) liberalitate, anno cło. 106XIX. ipso *1569.*
S. Blasij die, translatum.

5. Anno MDLXIX. *Toleti*, quæ vrbs est Hispaniæ *Toledo.*
nobilissima, alienis ædibus pretio conductis, ipsa *1569.*

B. TE-

- B. TERESA monasterij fundamenta iecit. Virginis fiducia piorum mox hominum beneficentia adfuit ac subuenit: Deo nimirum probante & adiutante.
- Pastrana.** 6. Eodem anno VII. Idus Iulias, *Pastrana* (oppidum id est Ducalibus insignibus decoratum) cœnobium fundatur: quod, monialibus aliò traductis, postea desijt.
- Salamãca** 7. *Salmantica*, vrbe ob Academiam omniumq; disciplinarum studia nobili, eo ipso anno, Kalendis Nouembribus, sedem Teresanae fixerunt.
- Alua de Tormes.** 8. *Alba*, quod oppidum Ducatus pariter titulo gloriatur, *Franciscus Velasquius*, Ferdinandi Tolerani Ducis Albani Thesaurarius, eiusque coniux *Teresa Laiza*, monasterium in honorem *B. Virginis Annuntiate*, c. l. c. lxxi. mensis Ianuarij die xxv. instituerunt: proprijs ædibus eum in vsum adaptatis.
- Segouia.** 9. *Segobia*, quod oppidum est panificio apud Hispanos celebre, ipso S. Iosephi die, in eiusdem Diui honorem MCLXXIII. monasterium fundatur.
- Veas.** 10. In Baticæ siue Andalusie finibus, in oppido *Veas*, nobiles virgines *Catharina & Maria*, *Sanctij Roderici Sandoualli* filia, cœnobium MDLXXIV. suo sumptu exstruendum curarunt, & ceteris sese monialibus, sumptâ veste sacra, adgregarunt.
- Seuilla.** 11. *Hispalim*, urbem mercatu clarissimam virgines Teresanae MDLXXV. incolere cœperunt. Cumq; locus religiosa vitæ minus commodus primum obrigisset, inde in commodiorem MDLXXXVI. migrarunt: optimi viri *Petri Ceresi Pardo* liberalitate adiutæ.
- Carauaca** 12. Cœnobium *Carauaca*, trium virginum nobilium munificentia, MDLXXV. ædificari cœptum, anno sequenti, ipsis Kalendis dicatum est atque consecratum.
- Palenca.** 13. *Palentiam* huius instituti moniales MDLXXX. primum venere; sed anno demum sequenti ad basilicam *B. Mariae de la Calle* (in qua hodieq; resident) migrarunt.

14. Monasterium in *Noua-villa de la Xara Noua-*
MDLXXX. Februarij die XXI. institutum : quo die *villa de*
nouem virgines piæ vitam cœnobiticam sunt am- *la Xara.*
plexæ. 1580.

15. Anno MDLXXXI. *Soria*, in diœcesi Osinensi, *Soria.*
nobilissimæ matronæ *Beatricis Viamontia* opibus, 1581.
cœnobium in honorem *S. Elisei* prophetae exædifi-
catum est: *N. Velasquio* tunc Osinensi Episcopo,
pòst *Compottellæ*, ad *D. Iacobi*, Archiepiscopo
procurante.

16. Eodem ipso anno *Granatenses* huius ordinis *Granada.*
virgines ad se euocarunt : quibus vt gratificaretur 1581.
B. TERESA, sodalem suam *M. Annam de Iesu* eò
misit, cœnobio excitando.

17. *Burgis* MDLXXXII. in honorem *S. Annæ &* *Burgos.*
S. Iosephi, *Catharina Tolesana*, matrona pijsima, 1582.
suo ære monasterium instituit ac dotauit: quæ ma-
trona, cum filiabus quatuor, eodem in loco postea
Deo se dicauit. Hactenus de virginum monaste-
rijs, *B. TERESA* viuente, excitatis. Hoc ipso namq;
anno mensis Octobris die quarto, qui *S. Francisco*
est sacer, *Alba*, in regno Castellæ, pijsimè moriens 1582.
ad vitam meliorem transijt, cum annos LXVII.
menses VI. & dies VII. vixisset, annis viginti septem
Abula, in monasterio Incarnationis, vt vocant;
pòst verò, annis ipsis viginti, ad primæ regulæ nor-
mam ac disciplinam, summâ austeritate, exactis.
Ceterum historiam monasteriorum à se fundato-
rum ipsa *B. TERESA* sermone Hispano conscripsit:
cuius autographum *Scuriaci* ad *D. Laurentij* in
bibliotheca regia adseruatur. Eius exemplar, hi-
storiâ foundationis granatensis auctum à *M. Anna*
de Iesu, vidimus *Bruxellis* manuscriptum: dignum
sanè quod typis in publicam lucem proferatur,
Francisci Ribera & Didaci Iepesij commentationi-
bus illustrandis ac confirmandis.

Post *B. TERESÆ* obitum, *Olisipone* in Lusitania
anno cld. IOLXXXIII. *Madriti & Oueis*, in regno
Castel-

Castellæ; Corduba & Malaca in Andalusia; Pompeiopolis, in regno Nauarræ; Valentia, Casar Augusta, Medina riuu sicci, & alibi in Hispania; Roma item, Genua, & Neapoli, in Italia; & alia alibi plurima cœnobia sunt instituta.

Alcala.

Exstat & Compluti monasterium, à pietissima virgine *Maria de Iesu* excitatum: quæ eodem ipso anno ac mense, quo B. TERESA, mente diuinitus monita, cum Romanam peregrinationem nudis pedibus confecisset, cœnobij Discalceatarum monialium; ea in vrbe extruendi facultatem impetrauit, ibidemque piè in Domino exspirauit: vt in vita B. TERESÆ *Fr. Ribera* commemorat.

Paris.

1604.

In Galliam transeo. Principe nobilissima, *Catharina Aurelianensi*, N. Longæ-villæ Ducis filia, procurante, moniales sex Discalceatæ ex Hispania *Lutetiam Parisiorum* anno c. 1604. primum venere: *Clemente VIII. Pont. Max. & Henrico IV. Galliarum Rege* adprobantibus. Fuere eæ, *M. Anna de Iesu, Anna à S. Bartholomæo*, olim B. Teresæ sodales, *Isabella de Angelis, Beatrix à Conceptione, Isabella à S. Paulo*, patriâ Antuerpiensis, & *Eleonora à S. Bernardo*. Tradita illis basilica *B. Virginis de Campis*, adiectaque mox ædificia, monasticis vsibus necessaria, liberalitate eiusdem Principis Longæ-villanæ. Priorissæ munus *M. Anna de Iesu* commissum est: plurimæq; virgines, genere & virtutibus nobiles, huic sese instituto paulò post addixerunt.

Pontoyse.

1605.

Mense Ianuario anni proximè sequentis *Pontoyse* in Normannia, septimo à Parisijs milliari, alterum in regno Galliarum monasterium est conditum, dotatumque à nobili matrona *Maria*, N. Baronis *Breautai* (qui in celebri illo xxii. Brabantorum cum totidem Francis, apud Siluam-Ducis, Brabantiarum oppidum, certamine occubuit) viduâ, post monialibus adsociatâ. Ædes cœnobio ædificando *Andreas Vallensis*, Doctor Theologus Parisiensis, patriâ Pontisarenensis, liberaliter adtribuit.

*Chronica
nostra ad
an. 1600.
consule.*

Eodera

Eodem anno mense Septembri *Diuionem*, quæ *Digeon*, metropolis est Ducatus Burgundiæ. *M. Anna de Iesu* 1605. virgines aliquot velut in coloniam Lutetiâ deduxit: rogante & facultates suas omnes donante *Ioannâ N.* nobili virgine quæ & ipsa huic sacræ militiæ nomen postea dedit.

Anno clō. lxxvi. *Ambianense* in Picardia cœnobium ipso die Pentecostes est dedicatum: quod 1606. annis vectigalibus instruxit *Annâ Dosereau*, excalceatis itidem virginibus adgregata.

Anno eodem *Turonenses* has ipsas moniales ad *Tours*. se euocarunt. 1606.

Ad Belgas venio. ALBERTVS AVSTRIVS & ISABELLA CLARA EVGENIA, Senensis. Principes nostri, pro veteri suo in B. TERESIAM, eiusque familiam religiosam adfectu, *M. Annam de Iesu*, cum *Beatrice à Conceptione*, & *Eleonora à S. Bernardo*, alijsque virginibus quatuor, è Gallia euocatam, humanissimè exceperunt, & anno clō. lxxvii. *Brusellis*, mensis Ianuarij die xxv. qui *S. Pauli* Apostoli conuersioni anniuersarij ritu sacer est, iactis fundamentis, regium ipsi cœnobium, operâ *Vincentij Cobbergij*, Architecti & Pictoris Antuerpiani, magno sumptu *Bruxellis* excitarunt. Saxo fundamentis substrato hic titulus, rei apud posterōs testandæ, inscriptus: 1607.

ALBERTVS ET ELISABETHA
 CLARA EVGENIA HISP. INFANS
 DVCS BVRGVNDIÆ, LOTHARINGIÆ
 BRABANTIÆ, LIMBURGI
 LVXEMBURGI ET GELDRIÆ,
 COMITES HABSVRGI, FLANDRIÆ,
 ARTESIÆ, BVRGVNDIÆ, TIROLIS
 PALATINI HANNONIÆ, HOLLANDIÆ
 ZELANDIÆ, NAMVRCI ET ZYTFANIÆ
 N MAR

MARCHIONES S. IMPERII ROMANI
DOMINI FRISIÆ, SALINARVM,
TRANSISVLANÆ
OPPIDORVM ET TERRIT. MACHLINIÆ
TRAIECTI ET GRONINGÆ
DEDICARVNT ANNO M. DC. VII.
DEO OPT. MAX.
D. MARIE VIRGINI
ANNÆ ATQVE D. IOSEPHO.

Louain.
1607.

Anno eodem, Nouembris die tertio, *Louani* pariter virgini-Matri & S. Iosepho monasterium est sacratum: ædificijs a *Constantia Helmannæ*, virgine Antuerpianâ coemptis. Prima huic loco præfuit *Isabella à S. Paulo*, domo itidem Antuerpiana, quæ Pontifará cum monialibus aliquot aduenerat.

*Mons ex
Hainault.*
1608.

Anno sequenti *Montibus Hannoniæ*, quæ eius prouinciæ metropolis est, sacra eiusdem ordinis virgines domicilium collocarunt. Et erit, spero, cum longè latèque per Belgicam vicinasque prouincias, istud institutum, magno Ecclesiæ ac Reipublicæ bono, diffusum videbimus ac propagatum.

CAPVT V.

*Carmelitarum excalceatorum monachorum
initia.*

NEc suo tantum sexui, sed & nostro B. TERESA monitis exemploque profuit. Carmelitis, vt vocant, *Mitigatis Methymæ* Campi præerat *Antonius Heredia*, vir admodum pius atque eruditus, pòst *Antonius de Teju* nuncupatus. Cum isto primum B. TERESA agere cœpit de monachorum excalceatorum, qui ex præscripto primæ, vt vocant, regulæ Albertinæ viuerent, familijs instituendis. Nec displicuit consilium. Eiusdem

dem ordinis animique socius paullò pòst Anronio accessit *Ioannes Crucius*, Salamanticæ studijs dans operam. His prædium ædesq; suas, *Durueli* haud procul *Abula* fitas, vir nobilis *Raphael Auila Mexia* obtulit. Quo in loco pij viri isti anno MDLXVIII. 1568. prid. Kalend. Decembris primùm sedem fixere, & Præfecto generali alijsque Superioribus consentientibus, primæuæ regulæ disciplinam in vsum reuocarunt. Inde pòst *Manzeriam* transiére: quo in oppido *Ludouicus Toletanus*, Alhaniae Commendator, insignem ipsis basilicam adtribuit; ædificijs, *Manze-riense monasteriũ I.* quæ necessaria ad vsum essent, mox additis.

Anno sequenti, *Marianus à S. Benedicto*, eremita, natione Italus, homo iuxta doctus ac probus, eiusque socius *Ioannes à Miseria*, qui Tardonensi in saltu apud Hispalim integerrimè vixerant, suafu eiusdem B. TERESÆ, primitiuam regulam Carmelitanam amplexi, alterum *Pastranæ* virorum monasterium instituerunt. His sese plurimi postea sodales, in ijs *Ioannes de Iesu*, & *Hieronymus Gratianus à Matre Dei*, Vallisoletanus, Doctor Theologus Complutensis, quem nos Bruxellis postea vidimus & coluimus, adiunxerunt. Quæ quidem binæ familiæ ceterorum postea per Hispaniam aliasque prouincias cœnobiorum, velut seminaria quædam exstiterunt: ex quibus decem ferè ante obitum suum fundata vidit B. TERESA, & probando laudauit. *Pastranense monasterium II.*

III. Virorum cœnobium conditum est Hispali, *Seuille III.* auctore eodem *Hieronymo Gratiano*, Pastranæ tunc Priore.

Anno MDLXXX. *Philippo II.* Hisp. Rege petente, *Gregorius XIII.* Pont. Max. Carmelitas excalceatos Præfecti Prouincialis imperio diplomate xx. Nouembris anno eodem dato, exemit. Eo itaque consentiente anno proximè sequenti, primum, vt vocant, Capitulum seu conuentum Excalceati in vrbe Complutensi celebrarunt: estque primus tam *1580.* *1581.*

monachorum quàm virginum Præfectus Prouincialis idem *Hieronimus Gratianus* designatus: eã tamen lege, vt Excalceati sodales imperium Generalis Carmelitarum mitigatorum Præfecti agnoscerent.

1587.

1588.

1593.

Anno MDLXXXVII. & sequenti Sixtus V. datis diplomatis, permisit ordinis huius prouincias plures (crescente nimirum indies sodalium numero) institui, itemq; vicarium generalem & Consultarios sex deligi. Quinque igitur prouinciæ, nimirum *Castellæ veteris, Castellæ nouæ, Granata, Catalonia, & Portugallia*, sunt institutæ; & *Nicolaus de Iesu Maria* primus Vicarij generalis dignitate est cononestatus. Anno exinde c15. 15. xciii. Clemente VIII. P. M. Excalceatos imperio Mitigatorum Carmelitarum prorsus exemit, indulfitque vt Generalem sibi Præfectum Excalceati eligerent. Itaque primus Excalceatorum Præpositus generalis XX. die mensis Decembris, anno eodem idem *Nicolaus de Iesu Maria*, qui tunc Vicarij Generalis munere fungebatur, communibus suffragijs est designatus. Quo quidem tricesimo post die viuus erepto, *Elias à S. Martino* suffectus est.

De *Olisiponensi* in Lusitania; de *Romano*, & *Genuensî* in Italia per eundem *Nicolaum de Iesu Maria* excitato; de *Mexicano* in India occidentali, & alijs alibi monasterijs mirificè efflorescentibus dicent alij. Faxit autem Deus, vt sacra ista sexus vtriusque germina per vniuersum orbem Christianum breui spargantur, atque æternum floeant;

Dei in primis honori augendo, & Virginis
Matris cultui propa-
gando.

CAPVT VI.

Sancti ac patroni ordinis Carmelitarum.

Primus prodeat *S. Elias* propheta, quem vt *Martyrol.*
 ducem ac patronum Carmelitæ meritò co- *Rom. 20.*
 lunt ac venerantur. Magistrum discipulus *Iulij, &*
 subsequatur *S. ELISÆVS*, itidem propheta. Horum *14. Iunij.*
 dies festi non modò apud Latinos, sed & apud Græ-
 cos (vt ex ipsorum constat Menologio) sunt cele-
 bres. Res ab ipsis præclarè gestas sacre recitant
 litteræ, itemque Epiphanius libro de vita & interi-
 tu Prophetarum, *Metaphrastes, & alij.*

S. DIONYSIVS imitatus sanctissimos illos mona- *19. Ian.*
 stici instituti duces, qui ædificatis sibi casulis prope *Martyrol.*
 fluenta Iordanis, & turbis vrbiũ derelictis, herbis *Rom. 26.*
 agrestibus victitabant, monasticam & verè pro- *Decemb.*
 pheticam vitam aliquamdiu egit: inde ad Sum-
 mum Pontificatum assumptus *Valeriano & Galieno*
 Imperatoribus Ecclesiam gubernauit. Hic *Sabellij*
 hæresim emergentem editis commentarijs profligauit; mediam ac planè regiam sternens viam, qua
 contrariæ illæ hæreses *Sabellij* scilicet, & *Arij* con-
 futarentur. Parochias & Diœceses instituit aliaque
 permulta Ecclesiæ vtilia sanxit. Tandem vero pro
 Ecclesia Dei, aduersus Hæreticos & persecutores *An. 272.*
 plurimis laboribus exantlatis feliciter migravit ad
 Dominum: cum sedisset annos vndecim, menses
 tres, & dies quatuordecim. Fuit hic Sanctiss. Pon-
 tifex primus, qui ex Monachis ad vniuersalem
 Christi Ecclesiam gubernandam fuit assumptus;
 quod vtique non sine speciali Dei prouidentia con-
 tigisse æquum est existimare. Vt videlicet, quem- *NOTA.*
 admodum sacer Carmeli ordo (cuius hic sanctus
 alumnus exstiterat) est omnium primus, antiqui-
 tate cæteris præeminens, ita primus ex Religiosis
 Pontifex Romanus, ex eodem Ordine antiquissi-
 mo deligeretur.

22. Ian.

S. ANASTASIUS Persa Martyr. Hic adolescens in militia *Cosdroæ* Regis ascriptus, miraculis Domini-
cæ Crucis, quæ tunc in perfidem delata fuerat, per-
motus Christianus effectus est, ac deinde Ierosoly-
mis monasticum habitum sumpsit, in Cœnobio
Carmelitarum Aureæ portæ, quod fuit quondam
Domus *S. Annæ* matris Deiparæ virginis. Trans-
actis postea in monasterio, summa cum laude,
septem annis, per visum agnoscens, Martyrem se
futurum Casaream Palæstinæ perrexit, ubi pluri-
ma tormenta carceris, verberum, & vinculorum
perpeffus, & a *Cosrhoæ* Persarum Rege multis pec-
nis affectus, ad ultimum decollatus fuit, cum prius
septuaginta Socios in fluenta demersos ad marty-
rium præmississet. Eius caput Romam delatum est,
vna cum veneranda eius imagine, cuius aspectu fu-
gari Dæmones, morbosq; curari, *Acta secundi Con-
cilij Nicani* testantur.

23. Ian.

S. CYRILLVS Alexandrinus in Ægypto Episco-
pus, eximius Ecclesiæ Doctor, studiorum curriculo
Athenis exacto, à *B. Ioanne* Ierosolym. Episc. vitæ
Christianæ perfectionem hausit. Cuius consuetu-
dine confirmatus, in *Carmelum* montem secedens,
ibi cum plurimis Eremitis sub Deiparæ tutela de-
gentibus, cœlestem vitam in terris aliquandiu e-
git. Alexandria post Episcopus factus, *Nestorianos*,
Nonatianos, *Anthropomorphitas*, aliosq; Hære-
ticos, cum voce, tum scriptis acriter est infectatus.
Cælestini primi Pontificis Romani in Ephesino
Concilio *Legatus & Vicarius*, victis Nestorianis,
Beatiss. Virg. *Mariam* verè *Dei Matrem* esse con-
firmavit atque adstruxit. Floruit in Episcopali mu-
nere annis duobus & triginta, nimirum ab anno
Christi 412. vsque ad an. 444. vt in Annalibus suis
Baronius commonstrat.

Duo hic subiicienda censui pro Carmelitis, ad
perpetuam Sanctiss. *P. Cyrilli* memoriam.

Primum, quod cum frequenter in Templis Car-
melitarum

melitarum, ob partam contra Nestorium victoriam, caneretur: *Sancta Maria mater Dei ora pro nobis*. Nedum titulus iste vbique locorum in Templis huius Religionis receptus est; verum & additamentum illud accepisse, in vniuersa Ecclesia, Angelica Salutatio facile creditur: *Sancta Maria mater Dei ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis nostrae*.

Secundum, quod Carmelitæ, ex consensu Historicorum huius Ord. nouo titulo appellari cœperunt, hoc speciosissimo nomine, *Fratres Eremitæ B. Mariae virg. de monte Carmelo*, in memoriam Cyrillianæ victoriæ contra Nestorium; quæ denominatio a Summis Pontif. confirmata & indulgentijs decorata est.

S. PETRVS THOMAS, siue *Thomasius*, ex monacho Carmelita primum Pæcensis Episcopus, post Patriarcha Constantinopolitanus ac Sedis Apostolicæ *Legatus*: Doctor percelebris, summiq; Regis signifer bellicosus, qui post innumeras non modo de spiritualibus, sed & corporalibus S. Crucis inimicis victorias, post complures conscriptos libros, ac patrata miracula, infidelium telis, pro Christi nomine confossus, occubuit, die & hora, a se præsignatus, anno 1366. Eius corpus Famagustam delatum ibidem honorificè colitur: cuius patrocinium illius loci incolæ singulariter contra epidemiam & pestilentiam morbum cum deuotione ac fructu vberissimo implorant. Eidem feruentius aliquando pro sui Ordinis conseruatione & augmento oranti, *Deipara* virgo apparuit inquit: *Confidito Petre, Religio enim Carmelitarum in finem vsq; sæculi est perseueratura*; Elias namq; eius institutor iam olim etiam à Filio meo in illius transfiguratione idem petijt, & impetrauit. Scripta ab eo edita, *Triemius*, *Posseuinus* & alij commemorant.

S. ANDREAS, Florentiæ nobilissima *Corsinorum* familia natus Carmelitanæ Religionis in patria ad-

29. Ian.
Molanus
6. Ian.

30. Ian.
Molanus

*in Au-
stario ad
Vsuardū
6. Jan.*

sociatus est; cui Sacerdotij sui primitias offerenti, Beata virgo *Maria* cum splendido Angelorum comitatu apparuit dicens: *Seruus meus es tu, quoniam ego elegi te, & in te gloriabor.* tandem ob præclaram vitæ sanctitatem, Fesulanæ, inuitus licet & renitens, præficitur Ecclesiæ; quam per duodecim annos summa cum prudentia gubernauit, *omnibus omnia factus, ut omnes lucrifaceret.* cum vero plurimis miraculis, & prophetiæ spiritu claruisset, Beatiss. Virginis apparitione de obitu certior factus, anno ætatis 71. duplicato locuples talento, in Domini sui gaudium, supra multa constitutus intrare meruit; anno salutis 1373. Ab ingressu ordinis 99. Res eius gestas scripsit nostra ætate Franciscus Cattanius Diacetus patricius Florentinus & Fesulanus antistes, itemque Gabriel Flamma, Venetus, ex Canonico Regulari Glusienfis Episcopus. Sacrum porro *S. Andreae* corpus, Florentiæ apud Carmelitas, summa veneratione integrum adseruatur.

*21. Febr.
Martyrol.
Roman.
Kalend.
Ianuar.*

S. EUPHROSINA virgo Alexandrina tempore *Theodosij* iunioris, monasticum vitæ institutum, in celebri quodam Carmelit. Ord. Cœnobio amplexa est. Huius Virginis vita, tot refulget sanctitatis margaritis, tot splendescit virtutum gemmis, ut nitidos stelliferi cæli vincat splendores.

25. Febr.

S. AVERTANVS Confessor, natione Gallus, patria Lemouicensis; à primis adolescentiæ annis, lachrymosis quotidie precibus ante *B. Virginis* aram, cœlum ipsum pulsare solebat, humillime petens, quid ad animæ salutem statuendum, sibi manifestari. Cui nocte quadam Angelus Domini, luce coruscus apparuit inquiens: *Surge virorum optime & ad B. Mariæ virg. de monte Carmelo sacratam adem perge, cum cæteris illius familia mansurus.* Mira hac visione recreatus, mundanis omnibus relictis, ad Lemouicense Carmelitici instituti monasterium conuolat, & illorum numero adscriptus, tanto cum feruore Deo, Deiparæq; Virg. inservire cœpit, ut

morum

morum sanctitate ceteros antecelleret; obedientia adeo deditus, ut a coetaneis suis, vulgo *obedientia filius* denominaretur. Orationi noctu diuque vacat. Obijt anno 1380. cum ante praedixisset gravissimum illud schisma, quod tunc Ecclesiam Dei miserè lacerabat, *Deiparae* Virginis precibus sedandum. Quod euentu ipso comprobatum est, instituto enim ab *Vrbano VI.* sacro Visitationis B. *MARIAE* Virg. festo, schisma tandem cessauit.

S. *CYRILLVS* Constantinopoli nobilibus parentibus natus cum ab infantia *Ioannis Baptista & Samuelis* exemplo Deo se dedicasset, in Clericalem postea militiam ascriptus, ad Presbyteratus ordinem euectus est. Quo in ordine sic ad omnia genera doctrinarum capeffenda se tradidit, ut insignis ab omnibus haberetur. Fuit in docendo vberissimus, in disputando acerrimus, in praedicando ardentissimus. Illum *Manuel Comnenus* Imperator orientis ad *Alexandrum III.* Pontificem Maximum legatum destinauit pro Imperio Romano antea diuiso, iterum in vnum corpus redigendo. Admonitus aliquando in somnis à *Beatiss. MARIA Virg. ut si saluus esse vellet, Carmelum montem peteret,* omnia sua pauperibus elargitus, Syriam versus nauigauit, ad montemq; *Carmelum* peruenit. Vbi ei oranti inter mirificos splendores praesto fuit B. Virgo dicens: *Hic tutus eris.* Quare sumptu Dei genitricis habitu, ieiunijs, orationibus, & charitatis officijs Deo gratissimus effectus, diuinis etiam reuelationibus dignatus est. Etenim orationibus noctu in Deum raptus, quidam aspectu eximius, Vir facie venerandus, capite infulatus, & religioso amictus vestitu, apparuit, inquit: *Ne timeas Cyrille, ego sum Basilius, quondam sacri huius montis Eremita. post Casarea Cappadociae pastor; scias Christi voluntatem esse, ut in Armeniam, quamprimum pergas, euangelij verbum disseminaturus, & Christo Domino lucernam paraturus.* Qua visione, S. *Brocardo,* tunc tem-

poris Priori manifestata, de illius licentia in Armeniam contendit, & Deo cooperante sequentibus signis rotam Armeniam ad Christi fidem & Romani Pontificis obedientiam reduxit. Post decem annos in *Carmelum* reuersus, defuncto *S. Brocardo*, Prior eligitur, ordinemque suum per viginti & septem annos summa cum laude rexit.

23. Mart.

S. EUPHRASIA virgo, tempore *Theodosij* Senioris Patre Antigono, matre Euphrasia, pari nobilitate claris, ut qui Imperatorem ipsum sanguine attingerent, nata est. Post mortem *Antigoni* vna cum matre in interiorem Thebaidem profecta, ad insigne quoddam sanctimonialium Ord. Carmelit. Monasterium peruenit: in quo sub Abbatissa vna plusquam centum & triginta Moniales degebant, seuerioris disciplinae obseruantissimae. Cilicium enim illis quotidiana vestis erat, ieiunijs vero ita addictae erant, ut earum plures biduum, aliae etiam triduum a cibo abstinere, reliquae non nisi vesperi cibum sumerent. Oleribus tantum ac leguminibus velcentes, vinum, oleum, vvas, ficus, aut etiam poma vel contigisse piaculum erat. In hoc Cœnobio, a septimo vsque ad tricesimum aetatis annum *Euphrasia* de virtute in virtutem progrediens, permansit. Patientia namque & humilitate maxime enituit, obedientiae etiam plurimum addicta. Ieiunia vero adeo coluit, ut non biduo, aut hebdomadem tantum, sed & dies quadraginta sine cibo & potu transegerit. Quod agrè ferens humani generis hostis, varijs tentationibus saepissime virginem aggressus est, quas tamen illa ieiunio & oratione fortiter superauit. Ex quo magis ac magis excandescens apertas vitae eius insidias parauit, illam modo in puteum, modo in feruentem ollam praecipitans, vnde nihilominus illa semper Dei virtute euasit. Tantis igitur meritis cumulata, caelesti eam vocante sponso, migravit in caelum.

S. BER.

S. BERTHOLDVS à Malefaida, natione Gallus patria Lemouicensis, adfuit sacra illi, pro recuperanda terra Sancta, expeditioni, quam *Godefridus* Bolioueus, Dux Lotharingæ instituit, & feliciter perfecit anno 1099. vouerat *Bertholdus* iam Sacerdos & Parisiensi Doctorum insula decoratus, dum Antiochia ab hostibus obsidione premeretur, *B. Maria* Virgini se perpetuo ei in monte *Carmelo* famulaturum, si Christianis contra Saracenos victoriam obtineret. Voti compos effectus, promissis stetit, Carmeliq; iuga conscendit ac Mariana militiæ nomen dedit. Tanta fuit eius erga Beatiss. Virginem deuotio, vt nulla decurreret hora diei, qua non suspirijs ac orationibus eandem Virg. humi aduolutus salutaret ac conueniret. Cum autem *Aymericus* Patriarcha Antiochenus & Apostolicæ Sedis Legatus à *Latere*, anno Domini 1121. Carmelitarum ordinem e Græco more ad mores Latinos traduxisset, & ex Monachali, mendicantem effecisset, S. *Bertholdum* primum constituit Priorem Generalem. Ante enim Prælati huius Religionis more Græcorum & Monachalium ordinum, *Ab-bates* dicebantur. Cum autem sanctus hic Vir 45. annis Carmelit. Ordinem omni sanctitate rexisset, senio venerando confectus sanctissimam animam in candidissimæ columbæ specie, Deo creatori suo, bonis operibus & virtutibus refertam, gloria & honore coronatam, ac Angelorum choris stipatam feliciter reddidit anno 1165. ætatis suæ centesimo decimo quinto. De eo fasciculus temporum sequens habet elogium: *S. Bertholdus Carmeli montis Eremitis ab Aymerico Patriarcha Antiocheno, in Priorem assignatus, fama celebriori multis innotescit. Hic inter cætera præclara suæ sanctitatis indicia, Animas quamplurium Fratrum suorum, quos Saracenorū absumpsit gladius, cum corona Martyrij, ab Angelis in cælum deferri, vidit.*

29. Mart.
Molanus.

S. ALBERTVS, natione Gallus, patria Ambianensis, 8. Aprilis.

Molanus
in Au-
ctario ad
Vsuardū.

s. Maij.

nensis, Vir doctus & sanctus, *Petri Eremita*, qui *Vrbano II.* Pontif. belli sacri author extitit, Pro-nepos: Episcop. Bethleemiticus & Ascalonitanus, vnus ex quindecim viris, qui *Balduinum* Flandriæ comitem, suis suffragijs, Imperatorem Constantinopolitanum constituerunt. Apostolicus in tota Syria *Legatus*, demum Patriarcha Hierosolymitanus, *Carmelitis* vitæ Regulam ex *S. Basilij* & *B. Iohannis* Episcopi Ierosolymitani scriptis concinnauit. Obijt anno 1213. porro Carmelitam fuisse testantur *Mantuanus*, *Thomas à Iesu*, *Volaterranus*, *Molanus*, *Erardus* in fasciculo temporum, & alij complures.

S. ANGELVS, nobilibus parentibus ad fidem conuersis per visum Beatissimæ Virginis, prolem nomenq; prænuntiantis, Ierosolymis ortus, Angelicæ virtutis ab infantia specimen dedit. Qui annuagens decimum octauum, trium linguarum, Philosophiæ ac sacræ Scripturæ peritissimus, Beatiss. Virg. *MARIÆ* de monte Carmelo Religioni se ipsum deuouit. Vbi mira orandi assiduitate, & austeritate vitam duxit Angelicam. Cum autem eximius ei honor, ob plurima virtutum ornamenta, & insignia ac frequentissima miracula, passim deferretur, hunc detrectans, in desertum Christi ieiunio consecratum clam secessit, ibique per quinquennium Angelico pane nutritus, diuinæ contemplationi vacauit, donec iussus à Christo, qui multo Angelorum ac Sanctorum comitatu stipatus illi apparuit, in Siciliam iter instituit. Obuios verò plurimos, & Christianos à vitijs, & Iudæos ac Saracenos ab infidelitate conuertit: & *velut nubes imbrifera prædicando circumquaq; discurrens, innumeras Christo lucrifecit animas.* Romam perueniens à sanctis Viris *Francisco* & *Dominico* agnitus, in honore habitus & familiariter tractatus, *B. Francisco* stigmatum impressionem prædixit, à quo & sui Martyrij prædictionem accepit. Leocatam deinde petiuit: vbi à nefario quodam, quod sororem publicè pœni-

pœnitentiam agere fecisset, ac ipsum à publico incestu auertere conaretur, in media concione quinque pugione perfossus est, flexisq; genibus pro peccatore, populoq; precatus, psalmum, *In te Domine speravi*, pronuntians ad versum, *In manus tuas*, è cœlo ad triplicem aureolam vocatus, animam sub columbæ candidissimæ specie visam, efflauit. Et clarissima lux corpori affulgens, cantusq; cœlestes, ac suauissimus odor, Martyris exitum honestarunt. Fons olei à primis vesperis vsque ad secundas, scaturit in eo loco, vbi martyr sanguis effusus est; quo, si qui, eodem die, perunguntur à diuersis languoribus liberantur. Scripsit eius res gestas *B. Enoch* Patriarcha Hierosolymitanus, eiusdem indiuiduus comes.

S. SIMON Stochius honestis in Anglia parentibus ^{16. Maij.}
natus, patria Cantianus. Anno ætatis suæ duodeci- ^{Molanus.}
mo, in solitudinem exiuit, & in trunco concauæ
quereus sibi domicilium elegit, vnde cognomen
accepit. Nam truncus idem latine significat, quod
anglice *Stock*. Ibi, vt scribit Lelandus & Pitæus, ab
omni hominum commercio separatus, tanto copiosius
mentem pauit cœlestibus contemplationis delicijs,
quanto parcius corpus fouit terrenis alimentis. Eo
liberiores habuit Sanctorum communionem, quo rarius
cum hominibus colloquium; precibus, vigilijs, ieiunijs
semper intentus. Frigida aqua potu, herbis & radicibus,
nonnunquam etiam pomis syluestribus, cibis vsus est.
Sed omnem hanc quam corpori intulit austeritatem,
facile absorbit cœlestium rerum assidua meditatio,
omnemq; sensum tanti rigoris penitus abstulit
animus ad superna raptus, & in spiritualis vitæ
dulcedine totus acquiescens. Inter hæc oraculo
cœlesti reuelatum est ei, venturos aliquando in
Angliam ex *Palæstina Syria* quosdam Monachos,
quorum & ipse institutum amplecteretur. Euentus
comprobauit oraculi veritatem. Nam ex *Palæstina*
venerunt in Angliam

Carme.

Carmelita, ad quos celeri gressu & alacri animo se contulit *Simon* & in eorum societatem admissus est. Cuius cœlestem doctrinam raris virtutibus ornatam, vt perspexerunt viri Religiosi, eum mirificè coluerunt, & tanquam virum Dei cœlitis missum suspexerunt. Itaque in primo generali Ordinis capitulo, quod in Anglia celebrarunt, hunc *Simonem* totius Ordinis per vniuersum terrarum orbem Priorem generalem elegerunt. Qui in eo supremo munere Prouincijs omnibus ad annos plures sanctissime præfuit. De eius vitæ sanctitate, prophetiæ spiritu, reuelationibus, alijsq; stupendis signis & prodigijs, multa commemorare, nimis longum esset. Hæc apud eos legi possunt, qui fusè vitam eius scripserunt. Vnum tamen præterire nequeo. Rogarat sapissime, Serenissimam cœli Reginam, sanctus hic Vir, vt antiquum renouare fœdus cum Carmelitis, & eorum erga se filiationis, suam aduersus eos maternitatis, mutæ vtrinque fraternitatis contractum solemnem sigillo, ad perpetuam æternitatis memoriam munire insignireq; dignaretur; his vtens verbis:

*Flos Carmeli, vitis florigera:
Splendor cœli, Virgo puerpera
singularis.
Mater mitis, sed viri nescia,
Carmelitis da priuilegia
stella maris.*

Non defuit pijs, amici sui, votis pijsissima Virgo; etenim diuino radians fulgore, necnon frequenti Angelorum corona stipata illi apparuit. & sacrum porrigens Scapulare, sic allocuta fuit: *Dilectissime fili, hoc recipe tui Ordinis scapulare, mea Confraternitatis signum, tibi & cunctis Carmelitis priuilegium, in quo quis moriens æternum non patietur incendium: ecce signum salutis, salus in periculo, fœdus pacis, & pacti sempiterni.*

Tanti

Tanti miraculi famam excepit cum admiratione orbis vniuersus : veritatem confirmarunt summi Pontifices non pauci *Ioannes XXII. Clemens VII. Gregorius XIII. Sixtus V. Gregorius XIV. Clemens VIII.* & cæteri : sanctitatem coluerunt Imperatores, Reges, Principes, populi, qui in Sodaliitium seu Confraternitatem sacri huius Scapularis passim in toto orbe Christiano, non sine magno pietatis fructu curant ascribi. De hac celeberrima Confraternitate & eius priuilegijs quamplurimi scripsere Authores. Obijt *S. Simon* anno ætatis suæ plus minus centesimo, nati vero Christi Seruatoris 1265.

S. ALBERTVS Confessor, in monte Drepano *7. Aug.* apud Siculos nobilibus parentibus genitus : qui cum viginti & sex annos sine prole in coniugio mansissent, *B. Maria* semper Virgini voto se adstrinxerunt, si filium illis impetraret, se illum Monasterio Carmelitarum, quod prope ipsum montem Drepani situm erat dicaturos. Vou compotes effecti, faciem ex materno utero prodeuntem in quiete viderunt : qua visione, mater puerum *magnum coram Domino* futurum esse Viro suo prædixit, quod rei euentus demonstrauit. Nam, diuina benedictione præuentus, octauum ætatis annum attingens, Monasterium Drepanense ingreditur, vbi vitæ asperitate, ac regularis disciplinæ seueritate delectatus, tantum profecit, vt breui virtutum exemplar cæteris se præbuerit. Castitatis, paupertatis, obedientiæ fuit studiosissimus. Inerat ei magnum animarum salutis desiderium. Quare Iudæos quamplurimos, aliosq; infideles prædicatione sua ad Christi fidem conuertit. Miraculorum quoq; gratia illustris fuit. Tandem annu agens octogesimum, graui correptus morbo, accersitis Fratribus, suum ac sororis, quæ ducentis & sexaginta milliaribus ab eo aberat, eundem obitus diem (vt postea euenit) prædixit. Cumq; hora vespertina transitum suum immi-

immi-

imminere cognosceret, genibus humi se stravit, & oculis ad Deum intentis, psalmum, *In te Domine speravi*, pronuntians, in illis verbis: *in manus tuas Domine commendo spiritum meum*: efflauit animam. Quam in specie candidissimæ columbæ de illius ore exeuntem, ac recta in cælum via euolantem circumstantes Fratres viderunt. Cumq; innumeris coruscaret miraculis, & populus missam de sancto Confessore, Clerus vero pro defuncto celebrare vellet; à Domino diuinum responsum expectandum Episcopus iussit. Quibus orantibus duo Angeli in albis adstantes, Missam, *Os iusti meditabitur sapientiam*, de sancto Confessore celebrandam esse indicarunt: qua solemnissimè celebrata sanctum illud corpus honorificè conditum est: vitam eius recitat Surius Tom. 4. Eam ipsam Mantuanus carmine sapphico est complexus. Est alius à S. Alberto Patriarcha Ierosolymitano.

2. Septēb. S. BROCARDVS patria & cognomento Hierosolymitanus, secundus Latinorum Generalis Prior Carmelitarum: Vir insigni vitæ sanctitate, varioq; doctrinæ genere celebris. Is est cui S. Albertus Patriarcha Hierosolymitanus Regulam Carmelitarum inscripsit: ad cuius obseruationem, alumnos suæ Religionis, omni quidem tempore maxime tamen sub mortem, his & similibus verbis est cohortatus: *Filij, inquit, desideratissimi, corona mea, & gloria mea. Vocauit nos Deus ad Prophetarum ordinem, ad Eremitarum suorum numerum, glorioso hoc titulo decoratum, Fratrum B. MARIE de monte Carmelo. Videte, oro, ne post discessum meum, vobis hunc titulum ineptè & vaxè concreditum esse reprehendimini. Estote fortes in bello, induite brachium Domini, in sanctæ Romanæ Ecclesiæ obsequio constanter perseuerate: diuitia si affluant nolite cor apponere, et si mundus vos odit, mementote, quia Christum IESVM Dei filium prius odio habuit. Omnem vitam vestram ad Eliæ & Mariæ viuendi normam componite.*

componite. *Æmulatores estote legis à me vobis propo-
sita & date animas vestras pro testamento patrum no-
strorum Eliæ, Elifæi & Ioannis Baptistæ & memen-
tote operum, quæ fecerunt, & accipietis gloriam ma-
gnam & nomen æternum. Confortamini ergo, ô Filij,
& viriliter agite in lege prædicta, quia in ipsa gloriosè
eritis. Interim oculis in cælum intentis iterato præ-
cabatur: Bone IESU suscipe me, & conserva eos, quos
dedisti mihi, ut non perdam quenquam illorum. Qui-
bus in verbis animam illam niue candidiorem ex-
halavit, 2. Septemb. anno 1196. ætatis suæ anno
octogesimo, vel & alijs placet, nonagesimo. Cuius
mortem, cum S. Albertus Patriarcha, eius quon-
dam in Carmelo collega, audisset, ait: *Iam flos Car-
meli decidit. Inde flens vbertim, subiunxit: Iam se-
curus est, tutus est: inter principes Ecclesiæ sublima-
tus: Catalogo Sanctorum inscribendus.**

S. GERARDVS patricius Venetus, illustri Sagre-^{24. Sept.}
dorum familia ortus, ex monacho Carmelita Cana-
diensis Episcopus & Antiochenus Patriarcha crea-
tus; Vngarorum *Apostolus*, Pannoniæq; *Protomar-
tyr* fuit. Martyrium subiit anno Domini 1042. æta-
tis suæ 61. Fuit & alius huius nominis & Religionis
Monachus, qui erecto Ierosolymis insigni Xeno-
dochio, pro subleuandis peregrinorum necessita-
tibus, initium dedit ordini *Hospitalariorum*, seu
Equitum S. Ioannis Baptistæ, qui nunc *Melitenfes*
dicuntur.

S. HILARION Abbas, de quo sequens, referunt ^{21. Octob.}
antiqua Græcorum monumenta, Elogium.

Hilarion Tabathensis Palæstinus, natus Gentilis.

Alexandria Christum cognoscit.

Bimestris Antonij discipulus. Eremitæ cultor.

Essenorum dispersorum, in Carmelo Palæstin.

Reparator magnificus.

*Quos item Gaza, Bethelia, Pelusij, Lychni mirè
propagat.*

Episcopos Exules visitat.

○

Sub

*Sub Aug. Imp. Const. & Const. Iulianum fugit.
Siciliam, Dalmatiam & Cyprum peragratus.
Ieiunijs maceratus, Senio moritur sancto.*

ANNO ECCLXXII.

Alium quoque habet ordo Carmelit. sanctum *Hilarionem*, inelytum Christi martyrem, & terræ sanctæ Prouincialem. Cuius meminit Ioannes Grossi in *Viridario Ord. Carmelit.*

30. Octob. S. SERAPION ex Ord. Carmel. octauus Episcopus Antiochenus, eruditione clarissimus.

14. Decëb. S. SPIRIDION Trimythuntis vrbis Cyprî Episcopus, vnus fuit ex ijs Confessoribus, qui *Maximim* Imperatore, dextero oculo eruto, & sinistro poplite succiso, ad metalla relegati sunt. Hic, *Constantino* Imperatore, Nicæno Concilio interfuit, & Sardicensium Patrum Confessum sua quoque præsentia, vt *B. Athanasius* testatur, ornauit. De eo tradunt *Historiæ Ecclesiasticæ*, quod fuerit *ordinis Prophetici*, siue *ex ordine Prophetarum*; & quod duxerit *vitam Propheticam*, non quod ipse futura tantum prædiceret, sed quod propheticæ Religionis à Propheta *Elia* institutæ fuerit alumnus. Illustris. Card. Baronius hunc virum *S. Nicolao* Episcopo Mirensi in Lycia non imparem sanctitate & miraculorum gloria confitetur.

De præfatis SANCTIS, tanquam de Sanctis sui Ordinis, propria, vt vocant, officia Ecclesiastica recitant Carmelitæ Excalceati: vt patet ex proprio Sanctorum huius Ordinis, à *Sixto V.* & *Paulo V.* Sum. Pontif. approbato: quod Romæ, Viennæ Austriæ, Antuerpiæ, & alibi typis editum legitur.

Præter hos, lego & alios huius instituti Monachos ac Moniales sanctitatis opinione floruisse. Fuit in his *B. Theodoricus* Alemanus natione & cognomine, Germaniæ quondam Prouincialis: cuius res gestas ac miracula narrat *Paleonydorus*. Floruit circa annum 1371. Molanus in *Auctario ad Vsuarium martyrologium* 15. Octob. ipsum *Sanctum* nuncupat. S. Ev-

S. EUTYCHIVS generalis Carmeli Abbas. Hic ^{17. Octob.} Meletium, postea Episcopum Antiochenum, ad fidem Christi & Carmelum adduxit: Sanctum quoq; Basilium Sacræ huius Religionis habitu inuestiuit; cuius duo fratres Gregorius & Petrus, necnon S. Amphilocheus, S. Gregorius Nazianzenus, Eubulus, Ioannes Chrysostomus, S. Cyrillus, qui postmodum fuit Patriarcha Hierosolymitanus & Eutychiei successor in generali Carmeli præfectura, eiusdem S. Eutychiei tempore in diuersis Cœnobijs Religionem hanc professi sunt, teste Paleonydoro & alijs. Eius Festiuitas 17. Octob. peragitur iuxta Molani Martyrologium.

B. FRANCIVS Senensis, Deiparæ Virginis cultui *Plures* deditissimus, Cremonæ in Italia claruit circa an- *Sanctos* num 1371. teste eodem Paleonydoro. *Ord. Car-*

Omitto B. Angelam Bohemiæ Regis Filiam, *mel. reps-* B. Ioannam, B. Annam virgines Tholosanas, B. Ma- *ries in* riam Magdalenam de Paz, quæ obiit anno 1607. *Elogio su-* B. THERESIAM, aliasq; virgines sanctimonia vitæq; *pra posito.* integritate illustres: de quibus Paleonydorus, Didacus Coria, Ribera, Iepesius, & ceteri rerum Carmelitarum Scriptores consulendi.

CAPVT VII.

Carmeliticarum rerum Scriptores.

DÈ rebus Carmeliticis qui scripserint libet Coronidis loco subnectere. Sequar autem alphabeti seriem, confusionsi vitandæ.

AVTORES ORD. CARMEL.

Agidius Fabri Belga scripsit *Ordinis sui Chronicon*, & alia quamplurima. Floruit anno 1506.

S. ALBERTVS Patriarcha Ierosolymitanus Regulam Carmelitis ex S. Basilij Cæsariensis in Capadocia Episcopi, & B. Ioannis Patriarchæ Ierosolymitani

lymitani scriptis concinnauit: in quam extant Guilielmi Samuci, Ioannis Soreth, Thomæ à lesy, Francisci à S. ELIA aliorumq; commentarij.

Albertus Czepelius Polonus scripsit metro & eleganti prosa vitam B. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, *libr. II.*

S. ALBERTVS *Drepanita* Siculus scripsit præter alia permulta, de *Regula Ord. sui* lib. I. Et de *eiusdem progressu* lib. I. Claruit an. 1292.

Alphonsus ab Alfama Lusitanus, scripsit de *Ord. sui progressu* libr. II. Et alia non pauca. Floruit an. 1438.

Alphonsus à matre Dei, plura scripsit de *Sanctis sui Ord.* & de *Confraternitate B. MARIÆ Virg.* de monte Carmelo.

Alphonsus Nauarrus Hispanus, scripsit de *singulari priuilegio Bullæ sabbatinæ.*

Angelus le Blanch Sabaudus, edidit de *vita & miraculis S. Angeli martyris* Ord. Carm. libr. III. Carmine. Et de *celeberrima Confraternitate sacri Scapularis* lib. I. Et alia quædam.

Angelus Sagarro Cathalanus, scripsit opus insignè de *Viris illust. Ord. sui.*

Angelus de Salazar Hispanus, scripsit in *Regulam Carmelit.* lib. I. & *Statutorum Regularium* lib. I. Obijt an. 1582.

Angelus Spenel Gallus, edidit *Paradisum terrestrem* Ord. Carmelit. & orationem in laudem S. M. *Theresia.* & alia complura.

Antonius Oliuan Hispanus, scripsit discursus elegantes & eruditos de rebus & excellentijs Ord. sui. Item de *priuilegio Bullæ sabbatinæ.* Et alia permulta.

Arnoldus Bostius Gandensis, scripsit de *Viris illustribus sui Ordinis.* & de *patronatu B. Mariæ virg.* de monte Carmelo erga suam Religionem, & alia plura, tum vincta, tum soluta oratione. Floruit anno 1494. teste Trithemio, obiitq; nisi fallor, in tractu

tractu Moguntino , à Superioribus eò ob doctrinam euocatus.

Aust. Farnetanus, scripsit *Amphitheatrum Elie*.

Baptista Ferrariensis Italus , scripsit præter alia complurima , *Chronicon sui Ordinis*. Claruit anno 1494.

Baptista Mantuanus, Philosophus, Orator, & Poëta celeberrimus, edidit varia, quatuor Tomis distincta & Antuerpiæ an. 1576. per Bellerum auctius atque emendatius edita, studio *Laurentij Cuperi*, Carmelitarum in Belgio Prouincialis præfecti. Sunt in his multa de *Sanctis Ord. Carmel.* versibus conscripta, itemq; *Apologia* pro Ord. Carmelit. & alia.

Bernardus à Montesa Celtiber, scripsit *Elucidationes* in librum *B. Ioannis* Patriarchæ Hierosolym. de institutione Monachorum in lege veteri exortorum, & in noua perseuerantium, id est, Carmelitarum. Item in librum *Philippi Ribotti* de peculiaribus gestis Carmelitarum, & alia quædam. Claruit an. 1458.

Bernardus Ollerius, siue *Ollensis* Hispanus scripsit de *Ordinis sui origine* libr. 1. de immaculata *B. Mariæ Virg. Conceptione*, & alia. Obijt an. 1388.

Blasius Palucius Polonus, scripsit de *Antiquitate, Prouincijs & Monasterijs Ordinis sui* libr. 1.

S. Brocardus Hierosolymitanus secundus Generalis Prior Carmelitarum, scripsit *Ordinis sui Canonum* libr. 1. *Statuta in Carmelo facta*, libr. 1. & alia quædam.

Camillus Ausilius Italus, scripsit *Summarium antiquitatis Carmeli.* libr. 1. Item de *Præuilegijs & Indulgentijs Ord. sui* libr. 1. Extant excusi Neapoli & Venetijs an. 1602. & 1607.

Christophorus Auendagno, scripsit præter alia complura, *Mariale*, & *Sanctorale*, in quibus multa habet de suo Ordine. Huius sapientissimi Viri

scripta tanti ab omnibus habita sunt, vt præterquam quod eorum multa, ipso adhuc superstitè, prælis quatuordecim vicibus recusa, in Hispaniarum regnis vulgata fuerint: totum lustratura & illustratura orbem, varijs data linguis, Orientis & Occidentis Indos, Italiam omnem, Galliam, atque alia in Regna Iteratis typis peruolauère.

Christophorus le Roy Armoricus, edidit *Hortum precum S. Theresia in Festiuitates solemnes B. MARIÆ Virg.* Parisijs an. 1604. Item vitam *Vener. Franciscæ de Ambosia*, *Ducissæ Armoricæ Ord. Carmelit.* Et *Ardore eiusdem Ducissæ* carmine, ibid.

Christophorus Syluestranus Veronensis edidit, præter alia complura quæ recenset *Posseuinus*, de excellentijs sacri Scapularis à *Beatiss. MARIA Virgine S. Simoni Anglica* dati, & inconfutilis togæ Christi, comparatione q; cum illo, *Tractatum* eruditione, subtilitate & spiritu plenissimum. Item vitam *Ven. Petri Cernouichij Principis*, postmodum *Carmelite*.

Conradus Alpentorpius Germanus Episcopus Azothenis, scripsit *Posseuino* teste, vitam *S. Cyrilli Doctoris Ord. Carmelit.* Floruit an. 1390.

Conradus Tremonius scripsit *Catalogum Virorum illustrium sui Ord. lib. 1.* Floruit an. 1419.

S. Cyrillus Constantinopolitanus Prior generalis Carmelit. Prophetiæ spiritu clarus, scripsit præter alia, de *Inremento Ord. sui* lib. 1. Claruit an. 1220.

Didacus Coria Hispanus, multa scripsit, quorum aliqua in lucem emissa, Ecclesiam & Religionem illustrent, inter quæ clarissimum extat opus, cui titulus: *Ditucidarium siue Demonstratio Chronicorum, & antiquitatis Ordinis Carmeli*, vndecim libris comprehensum. Quorum primus *Isagogicus* est. siue *introducitiuus*. *Secundus* *Apologeticus*, in quo respondetur obiectionibus *Aduersariorum*. *Tertius* varias recenset *persecutiones*, quas ab initio vsque ad hæc tempora, pertulit *Marianus ordo*.

ordo. *Quartus* nonnullorum Prophetarum *Eliam* præcedentium actus describit. *Quintus* continet magni Patris *Elia* vitam, & illustra facta, atq; eorū, quos sacer iste Propheta primus omnium, in monte *Carmelo* sub perfecta Religiosæ vitæ forma, secundum tria essentialia Religionis vota, instituit, &c. *Sextus* complectitur vitam *S. Elisei* & *Filiorum prophetarum* nec non eorum omnium, qui in prophætico *S. Elia* ordine claruere vsque ad tempora *S. Ioannis Baptista* præcursoris Domini. *Septimus* describit primum Religionis Carmelit. statum sub lege gratiæ, a *B. Enoch ab Amatim* Generali vsque ad *Magnum Antonium*. *Octauus* enarrat primam Ordinis huius reformationem a *S. Antonio* Abbate factam, præterea de discipulis Magni Antonij, & alijs Reformatoibus *Elianæ* Familiæ, cœnobijsq; eiusdem differit. *Nonus* secundam a *S. Basilio* Reformationem complectitur, & vitam eorum qui sub ea florere. *Decimus* mutationem ordinis de monachali ad mendicantium statum delineat: insuper inconcussam probat successionem vsque ad transmigrationem de terra sancta in Europam. *Undecimus* ea omnia refert, quæ iuxta temporum lapsus in Religione prædicta euenere, vsque ad mitigationem ab *Eugenio IV.* factam an. 1431. Præterea edidit de *Sanctis Ord. sui* lib. 1. Item pro *Tertiarijs Ord. Carmelit.* librum alterum, in quinque tractatus diuisum in primo agitur de antiquitate ordinis *S. Elia*. In secundo commentatur *B. Alberti* Patriarchæ Regulam. *Tertius* continet pro *Tertiarijs* admonitiones. In quarto describuntur vitæ aliquot *Sanctorum Tertij Ord. Carmel.* In quinta priuilegia & indulta Apostolica. Prodiit liber *Hispali* an. 1592.

Elias à *S. Theresia* Belga, edidit *Legationem Ecclesia Triumphantis ad militantem*, in duos Tomos distributam. In quo opere complura tractat, oblati occasionibus, de antiquitate, excellentijs, reformatione & *Sanctis Ord. Carm.*

E

Emmanuel Roman Hispanus, scripsit in signe opus, cui titulus: *Elucidationes varia antiquitatis dignitatis, & illustrium Carmeli scriptorum*, libr. II, comprehensum & bis prælo commissum Matriti. In quo multa lectu dignissima adducuntur.

B. Enoch Patriarcha Ierosolymitanus, scripsit vitam *S. Angeli* martyris.

Franciscus à S. Angelo Hispanus, edidit vitam *Sanctorum & Virorum insignium Ord. sui*, libr. I. *Compendium privilegiorum & gratiarum Ordinis suo concessarum*, libr. I. Scripsit etiam eiusdem *Ordinis Chronica*. Floruit an. 1599.

Franciscus Berthet Gallus, Doctor Sorbonicus, scripsit opus quoddam de *Confraternitate sacri Scapularis B. Mariæ de monte Carmelo*. Item edidit Parisijs vitam *S. Andrea Corsini Carmelitæ*, & *Episcopi Fesulani*.

Franciscus à S. Elia Hispanus, edidit doctissima *Commentaria in Regulam primitivam Ord. sui Carm.*

Franciscus à S. MARIA Hispanus, Historiographus *Discalc.* emisit in lucem Tomum primum *Annalium Ord. sui*, sub titulo *Historia prophetica*, aliaq; emittere pergit.

Franciscus Martini Cathalanus, scripsit librum cui titulus, *Compendium gloria Carmelitarum*. Item *Apologeticon pro immaculata B. Mariæ Virg. Conceptione*. Obijt *Barcinone* an. 1390. multorum *Authorum* elogijs clarus.

Franciscus à Paze Hispanus, scripsit *Chronica Ord. sui*. Item de *Elia Propheta*, *Carm. Ord. Patriarcha theses*, quibus complectitur quicquid ad esse naturale & supernaturale eiusdem spectat.

Franciscus Voërsius Italus, scripsit *Ordinis sui Chronicon*, vulgo *Chronicon Cherasci*. vitam *Henrici Sylviij Prioris Generalis Ord. sui*. Item *Tractatum de sacris imaginibus B. Mariæ Virg. miraculis claris*, in *Templis Carmelitarum*, *Catalogum omnium*

omnium Generalium Ord. eiusdem : præterea librum inscriptum Italicè : *Giardino de Tesori spirituali della Religione della gloriosa Vergine Maria del Carmine.*

Genesius Rosanus Lombardus, scripsit Encomium ordinis Eliadum, id est, Carmelit. lib. 1. an. 1564.

Gerardus Sayus Tolosanus, edidit de Confraternitate Carmelitana lib. 1.

Guilielmus Champcheurieux Gallus, edidit Parisijs opus quoddam, de *Antiquitate & priuilegijs Ordinis sui*, & alia quædam.

Guilielmus Conuentriensis Anglus scripsit, præter alia complura, de *laude sua Religionis* lib. 2. *De Aduentu Carmelitarum in Angliam* lib. 1. *Scutum Carmelitarum* lib. 3. *De Regula & eiusdem confirmatione* lib. 1. *Annales breuiores* lib. 1. *Compendium Historiarum* lib. 1. mortuus est Conuentriæ circa an. 1360. de eius scriptis hæc inquit Pitæus: *Omnia eius scripta sonant elegantiam, redolent pietatem, ut ab animo religioso scientijs insigniter instructo, profecta videantur.*

Guilielmus Grenaus Anglus. Hic, teste Pitæo, cum esset doctus, industrius, & honoris Ord. sui studiosissimus, ferè totam peragrauit Angliam, ut ex Bibliothecis res gestas illustrium Virorum sui potissimum ordinis scrutaretur, & in vnum corpus colligeret, ac posteritati mandaret. Lectis igitur super hac materia multis historijs, opus tandem egregium compilauit de Sanctis Ord. sui, cui nomen indidit, *Hagiologium Carmelitanum.* claruit an. post Christum natum 1430.

Guilielmus Samucus quem alij Gallum alij Syrum fuisse volunt, montis Carmeli eremita, Acone Syriæ vrbe à Saracenis pulsus, in Cyprum transijt, scripsitque de *amissione Monasteriorum terra Sancta, & multiplicatione sui Ordinis per Europam*; itemque in *Regulam sui Ordinis.* Viuebat an. 1280.

Heliodorus à Cremona, scripsit *Commentariorum in Regulam Alberti* lib. II. claruit an. 1470.

Henricus Marionouvensis Germanus, Episcopus, scripsit *Historias Ordinis sui Carmelit.* lib. I. Et alia quædam. Floruit circa an. 1440.

Hieronymus Berghamus Lombardus scripsit, teste Thoma a Iesu, heroico carmine mirificam vitam & illustria facta *S. P. Alberti Drepanensis* lib. I. Vixebat an. 1470.

Hieronymus à matre Dei, alias *Gratianus*, scripsit præter alia quamplurima, de *fundatione, antiquitate, & successione Ord. sui ab Elia propheta*, cum *Commentario in Regulam primitiuam Carmelitarum. Flores Carmeli*, ubi de *Discalceatorum congregationis fundatione* agit. *Nouitiatum Discalceatorum Carmelit. Chronographiam Carmelitanam. Dialogum de Ordinis statutis. Dialogum inter Angelum & Eliseum. Altare Elia. Aratrum Elia. Antrum Elia. &c.*

Hieronymus Tonstatus Bœticus, scripsit de viris & fœminis illustribus Ord. sui, lib. I. Floruit an. 1581.

Ildephonsus à Iesu Maria Præpositus Generalis *Discalceat.* præter alia permulta, quæ de Ordine suo edidit, collegit in volumen vnum, *Priuilegia Apostolica eidem concessa*, quod in lucem prodijt *Visecæ* in Hispania.

Ildephonsus à matre Dei, edidit *Indicem scriptorum Ord. sui.*

B. Ioannes XLIV. Patriarcha Hierosolymitanus, scripsit ad instantiam *S. Caprasij* Abbatis montis *Carmeli*, & sui in generali præfectura eiusdem Ordinis successoris, librum de *institutione primorum Monachorum in lege veteri exortorum, & in noua perseverantium*, id est, *Carmelitarum*. Floruit temporibus *Arcadij & Honorij* Imperat.

Ioannes de Bachone, cognomento *Doctor Resolutus*, *Anglus*, scripsit *Traçtatum de suo Ordine*, lib. I. *Speculum Carmelitarum*, lib. I. in *Regulam Carmelitarum*.

litarum, lib. i. *Compendium iurium eorundem*, lib. i. in omnes quoque sacrae Scripturae libros, in vniuersam Philosophiam & alia quamplurima. Obijt Londini circa an. 1346. Incomparabilis huius Viri virtutes, omni laude maiores, mirifice extollit *Ioannes Pitseus* in Catalogo illust. Angliae Scriptorum & alij, quos ipse ibidem citat.

Ioannes Baptista de Lezana Hispanus, scripsit egregiam *Ordinis sui Chronologam Historiam*, ab ortu magni *Eliae Carmelitarum* protoparentis vsq; ad haec tempora. Item de *Monachatu in Carmelo S. Ioannis Baptista*. Epigrammata pro festis, ferijsq; SS. *Virg. Theresia*, & alia permulta.

Ioannes de Ciminetho Gallus scripsit, teste *Posseuino*, *Speculum institutionis Ordinis sui*. lib. i. & alia quaedam.

Ioannes Gerbrandus, *Leidanus Carmelitarum Harlemsium* apud *Batauos Prior*, praeter *Hollandiae Chronica*, *Historiam Ordinis sui* libris x. complexus est, teste *Ioanne Molano* in *Bibliotheca Belgica* quae apud me extat manuscripta. Obijt *Hailemij* an. 1504.

Ioannes Gluelus Germanus, scripsit *Speculum Ordinis sui*, Et alia multa. Claruit *Coloniae* an. 1377.

Ioannes de Gouda, edidit praecclarum quoddam opus *Scutum Carmelitarum*, in scriptum.

Ioannes Grossin Tolosanus, *Prior Gener. Carm.* scripsit *Viridarium sui Ordinis*, siue, de *Ordinis sui institutione ac progressu*, libros iii. cum *Philippi Ribotti* libris olim excusos. Item de *Viris illustribus Ord. sui* lib. i. & de *sanctis Ordinis* lib. i. Et alia non pauca. Obijt an. 1424.

Ioannes de Hildesheim Germanus, qui fuit *S. Petro Thoma Patriarchae Constantinopolit.* familiarissima coniunctus amoris necessitudine, scripsit, praeter alia quamplurima, *Defensorium sui Ordinis*, lib. i.

Ioannes Hornebius Anglus, scripsit *Defensorium antiquitatis Ordinis sui* libr. II. *Determinationes solemnes pro Carmelitis* lib. I. pro adepto triumpho contra æmulos antiquitatis Ord. sui, lib. I. qui incipit, *Datus est mihi decor Carmeli*. Claruit an. 1374.

Ioannes à Iesu Maria, Præpositus Generalis Discalceat. edidit *vitam S. M. Theresia* lib. v. comprehensam, & alia permulta in tres Tomos distributa.

Ioannes de Malinis, scripsit *Speculum historiale Ord. Carmeli*, in x. libr. distinctum; cuius initium est, *In diebus Achab Regis*.

Ioannes Maria de Polucijs Italus, Doctor Bononiensis, edidit librum inscriptum *Vexillum Carmelitarum*. Item *Mare magnum Ordinis eiusdem*, in quibus magnalia Carmeli solita dicendi perstrinxit dexteritate. Vitam quoque & miracula *S. Alberti Drepanita* Carnelit. Claruit an. 1499.

Ioannes de monte conscripsit anno 1548. vitam *B. Franciscæ Ambrosiæ Carmelitanæ*, vtriusque olim *Armoricæ Ducissæ*.

Ioannes Oudenius Germanus, composuit elegans *Chronicon sui Ordinis*, in quo sanctiores Ordinis viros, recenset; initia quoque Religionis & progressus eiusdem apertæ lectionis modulo aperit, & omnes Generales Ord. Priores à primo, vsque *Pontium Raymundum*, siue *Raynandum* describit. Claruit an. 1482.

Ioannes Pelisse Gallus, edidit de Confraternitate *B. Mariæ semper Virg. de monte Carmelo*, lib. I.

Ioannes Paleonydorus Batauus, scripsit *Fasciculum tripartitum sui Ordinis*, in quo de antiquitate & sanctimonia Eremitarum montis Carmeli differit, libr. III. *Dialogum inter Carmelitam & Carthusianum*, lib. I. *Propugnaculum Carmelitarum* lib. I. *Vitas sanctorum Ordinis sui* lib. I. Item *Commentariorum in prophetiam S. Cyrilli*, lib. I. Et alia non pauca. Floruit an. 1495.

B. Ioan-

B. Ioannes Soreth Normannus, Prior Generalis Carmelitarum, scripsit in Regulam Ord. sui celeberrimum Commentarium *libr. 11.* Item Constitutionū Ord. sui *lib. 1.* & alia permulta. Claruit ab. 1461. quem Ioan. Trithemius subiecto commendat elogio: Fuit, inquit, in diuinis Scripturis doctissimus, & secularis Philosophia non ignarus, subtilis ingenio & dulcis eloquio, vita & conuersatione deuotus, & singulariter Religiosus & sanctus, Carmelitici ordinis decus, gloria & splendor; qualem nostra secula raro viderunt, rarius cernent ventura: totus Deo deditus, totus lectiōni & orationi intentus, contemptor mundi, norma & speculum conuersationis monastica, & angelica sectator puritatis, virtutum custos, vitiorum hostis acerrimus. Haftenus Trithemius. M. Rolandus Brito Dominicanus cum percepisset P. Ioan. Soreth, in Generalem electum dixit: Elegerunt Carmelita in Priorem Generalem sui Ordinis, praestantissimum sacerdotem Ecclesiae Dei. Sed his maiora sublimioraq; de tanto viro (vt refert Autor vitae eius) dicere non est veritus, Brugmanus quidam e Franciscana Familia, qui in solempni quodam sermone ad suos pro comitijs Generalibus congregatos: Pater Sorethius, ait, ouium sibi commissarum vigilantissimus Pastor, vir utique iuxta cor Dei, dispensator fidelis, non sui tantummodo Ordinis lumen, columenq;, sed reliquorum in super mendicantium praesidium, & immobile fundamentum. Facisses, o vtinam Deus immortalis, vt talis tantusq; vir regenda Minorum familia nobis à tua misericordia concederetur. Quam felici cursu fluerent res nostrae; quam admirabili incremento floresceres, mea amantissima Religio. Hæc ille.

Ioannes Trissa Gallus, scripsit de magistris Generalibus Ordinis sui *lib. 1.* Et alia non pauca, obiit an. 1363.

Ioannes Tuaut Aquitanus, scripsit Stimulum deuotorum erga B. MARIAM Virg. de monte Carmelo.

Item

Item *Commentariorum in Regulam sui Ord.* lib. I.
Ioannes de Victoria Lusitanus, edidit *Hierarchiam Carmelitanam. Conciones de Sanctis sui Ordinis.* Vitam venerab. *P. Ioannis Sanzij*, item venerab. *Petri Cernouichij* Macedoniae Principis, & aliorum aliquot Carmelitarum sanctitate conspicuorum.

Ioannes de Vineta Armoricus, scripsit praeter alia complura *Chronicon sui Ord.* Floruit an. 1348.

Iosephe à Falconibus Italus, edidit *Chronica sua Religionis.* Viuebat an. 1591.

Iosephe à Iesu Maria Hispanus, edidit vitam *Vener. P. Ioannis à Cruce*, primi Carm. Discalc. lib. III. item vitam *Vener. F. Francisci à puero Iesu*, lib. III. Scripsit etiam praeter alia non pauca *Annales sua Religionis* in aliquot Tomos distributos.

Iulianus Guingantius Theologus Parisiensis, patria Briensis, è Rosæo oppido, elegantibus versibus latinis ac gallicis *Originem ac progressum sui Ordinis* complexus est: qui hodieq; leguntur Parisijs in Peristylio Carmelitano. Utrosq; nuper restituit & vulgavit *Maturinus Pigneroneus*. Obijt *Guingantius* an. ferè 1555. Bellouaci in D. Luciani sepultus.

Iulianus Hursatus Hannonius, edidit *Thesaurum ordinis Carmelitarum*, lib. I. *Fontem Eliae prophetae*, hoc est, *de origine & progressu, ac Viris illustribus & sanctis Ord. sui*, lib. I. claruit an. 1525.

Laurentius Burellus Gallus, scripsit, *Trithemio teste*, opus egregium de laudibus magni vatis *ELIAE*, quod *Heliaden*, inscripsit. Item de *Viris illustribus Ord. sui*, lib. I. Viuebat an. 1494.

Leo à S. Ioanne Gallus, edidit *Typum*, seu *Picturam vestis Religiosae*, qua distinctè repraesentatur & antiquorum tam in noua, quam in veteri lege Monachorum multiplex habitus, & potissimæ Rationes, ob quas Carmelitæ Pullo, seu Griseo-nigro colore natiuo in vestibus vtuntur.

Ludouicus Iacob à S. Carolo Burgundus, scripsit, praeter alia quamplurima, *Bibliothecam Carmelitanam.*

Ludo-

Ludovicus Perrin' Gallus, edidit *Apologiam* pro FF. Carmelit. militantibus sub Regula S. Alberti Patriarchæ Ierosolymitani, &c.

Ludovicus à *Præsentatione*, alias *Mertola*, Lusitanus, scripsit vitam Ven. P. *Stephani à Purificatione*. Item vitam S. *Maria Magdalena de Pazzis*. Et alia quædam.

Marcus *Xæuerius* alias *Guadalaxara* celtiber, edidit *Catalogum Sanctorum Ord. sui Carmelit. Catalogum indulgentiarum & gratiarum eidem concessarum. Thesaurum spiritualem Ordinis Carmelei*, in quo concinno & breui calamo, multa Carmeli perstrinxit encomia. Item scripsit stupenda vitæ & mortis facinora S. *Maria Magdalena de Pazzis Florentinæ lib. III.* Et *Apophthegmatum eiusdem sapientissimæ Virginis collectionem lib. I.* Et alia permulta.

Martinus Italus Oratorum sui sæculi lumen, conscripsit *Tractatum de titulo, Sanctis & Doctoribus ordinis sui*; cuius initium est *Etsi dicendi*. Viuebat an. 1540.

Michael Ciminetus Gallus, scripsit *Speculum institutionum ordinis Carmeli*. Et alia quædam. Clauit an. 1470.

Michael à Fonte Hispanus, scripsit, præter alia multa, *Compendium historiarum Ord. sui. de Mirandis B. Mariæ Virg. de monte Carmelo, lib. I. de Illustribus viris ac fœminis Ord. sui, lib. I. de Regula & modo viuendi Fratrum tertij Ordinis B. Mariæ Virg. de monte Carmelo, lib. I. de Bulla sabbatina Carmelitis concessa. Item de Corpore & Spiritu &c. Eius sepulchrum hoc ornatur Epitaphio:*

Hic iacet Ven. P. F. MICHAEL à FONTE, CARMELI filius, multorum in Christo filiorum Parens, virtutibus clarus, animarum zelo flagrans, pœnitentia informatus, assidue orationi & contemplationi deditus; Floruit regnantibus Philippo II. III. & IV. Obijt die XVII. Nonemb. anno ætatis sue LII.

Michael

Michael Munozius Hispanus, edidit Romæ opus infigne cui titulus, *Propugnaculum Elisæ & propaginis Carmeliticæ*, in quo acri omnigenæ eruditionis stylo, *natura, origo, & protoparentes Monasticæ* vendicantur, atque ad concionatorum vota, scripturæ monumentis, ac selectis Patrum lucubrationibus illustrantur.

Monaldus de Rosarijs Aquitanus, scripsit vitam *S. Simonis Stock Carmel.* Item *Officium eiusdem.* Et alia quamplurima. Obijt Burdegalæ an. 1509.

Nicolaus Aurificus Italus, edidit *Summarium Indulgentiarum & gratiarum Confratrum & Sororum Ord. sui.* an. 1592. item *Institutionem Carmeliticam*, in qua dialogisticè Ordinis Regula exponitur. Vitam *S. Elisæi Carmelitarum Ducis* secundæ. Vitam *Thomæ VValdensis*, hæreticorum mallei. *Historiam quoque Carmeliticam*, & alia complura quæ recenset *Poffeuinus Tom. 2. Appar. sac.* Viuebat an. 1592.

Nicolaus Cantilupus, illustri Demetarum Comitum prosapia natus in Cambria, Patrem habuit *Guilielmum Demetiæ* Comitem. De qua etiam familia fuit *Thomas ille Cantilupus sanctissimus Herefordensis Episcopus*, à cuius sanctitate, ut Auctor est *Lelandus & Piræus*, minimè degeneravit hic *Nicolaus*, illi factus similis imitatione, cui propinquus fuit sanguine. Cantabrigiæ *S. Theologiæ* Doctor creatus est. Scripsit *Encomium Ord. sui*, lib. 1. cuius initium est *Fratr. Carmelit. honesta conuersatione.* Obijt an. 1441.

B. Nicolaus Gallicus Prior Gener. Carm. scripsit, inter alia, volumen infigne, quod prænotauit *Sagittam igneam* in quo flebilem Ord. sui statum, multis deplorat gemitibus; quod Aconensi Orientis vrbe nobili à Saracenis expugnata atque euerfa, monasterium in *Carmelo*, quatuor inde milliaribus situm antiquitus, fuerit ab eisdem concrematum, Monachiq; interfecti, atque ordo ex Oriente ablegatus. Claruit an. 1270.

Nico-

Nicolaus Kentonus Anglus, S. Theologiae Doctor Cantabrigiensis, & Ord. sui Carmel. per Angliam Prouincialis vigesimus quintus; praefuit per annos duodecim, & habuit in sua Prouincia plusquam mille quingentos Fratres. Vir fuit, teste *Pit/zo*, omni virtutum & scientiarum genere instructissimus. In Poesi & Rhetorica bene versatus, acutus Philosophus, Theologus insignis. Scripsit complura de *gesu Sanctorum, & antiquorum & recentium*, praesertim *sui Ordinis*. Item *in historiam S. Elisai Propheta* lib. 1. Pro commemoratione solemnii B. MARIAE Virg. *de monte Carmelo*, lib. 1. *Vitam S. Cyrilli Carm. Doctoris graeci* lib. 1. *Precationes ad Sanctos sui Ord.* lib. 1. Et alia quamplurima. Londini sanctissime diem extremum obiit 4. Septemb. an. 1468.

Nicolaus de Linna Anglus, scripsit pro Ord. suo Carmel. lib. 1. Et alia non pauca, praesertim de Astrologia, fuit enim Astrologorum sui temporis Princeps. Claruit an. 1370.

Nicolaus de Luca Italus, conscripsit *Victoriale Carmelitarum*, in quo firmissime confutat sententias eorum, qui titulo Mariano, omni iure ordinis Prophetico debito, & origini ab *Elia & Elisao* deductae, detrahere tentant. Floruit an. 1378.

Nicolaus Simonis Batauus, scripsit *Historiam Ordinis sui*, lib. 1. *vitam S. Cyrilli*. Et alia permulta, quae recensent *Possuinus & alij*. Claruit an. 1495.

Paulus Bonetus Gallus, scripsit, teste *Thoma à Ies v.* venustissimum viridarium, vbi de ortu, fructibus & floribus suae Religiosae *Heliadum* militiae, venustissime tractat, lib. 111. quibus titulus est *Viridarium mundi*. Florebat an. 1410.

Petrus Brunius Celtiber, scripsit de *Institutione Ord. sui Carm.* egregium opus, cui initium est, *Vetustissimorum*.

Petrus Collongues Gallus, Tholosanae vniuersitatis Doctor ac Professor ordinarius, edidit *Thesaurum spiritualem sacri habitus B. MARIAE Virg. de monte Carmelo*.

Petrus Garnengius Armoricus, scripsit, præter Historias Ecclesiasticas, de *Rebus Ord. sui* lib. 1. Et alia quædam. Viuebat circa an. 1490.

Petrus Lucius Belga, scripsit *Commentarium Carmeliticum*, ab ipso sæpe in *Bibliotheca* sua citatum. Item edidit *Compendium historicum Ordinis sui*, cum indulgentijs & priuilegijs eidem concessis; quod postea a *Francisco Minuccio* Carmelita, in Italicum idioma translatum, recusum est Florentiæ, anno 1595. *Bibliothecam Carmelitanam*, siue, de *illustribus Scriptoribus Carmeli*. De laudibus *Carmelitarum* opellam. *Compendium Apostolicorum indultorum* pro Carmel. *Apologeticon* pro lib. *Trithemij Abbatis* de laudibus *Carmelitarum*. Obijt Bruxellis anno 1602.

Petrus Royuela Hispanus, edidit de *Origine & quatuor prerogatiuis Ordinis Carm.* Tract. Item de *gratijs*, quibus illum *Romani Pontifices* illustrarunt, lib. 1. *Compendij indulgentiarum* lib. 1. Ac de *Confraternitate sacri Scapularis S. Mariæ Virg. & Carmeli* altricis. Florebat an. 1585.

Petrus Thomas Saracenus Italus, Doct. Theolog. Colleg. & S. Inquisit. Consult. Bonon. edidit *Memorlogium Carmelitarum*, in duas distributum partes, quarum *prima* Memoranda continet acta *Sanctorum*, quos ritu solemniori, vetustus Eremitarum ordo *B. Mariæ Virg. de monte Carmelo*, Apostolica autoritate, per vniuersum Orbem annue colit. *Alter*, antiquata quædam, sed auspice Deo, reuimenda eiusdem instituti festa, ob oculos, vna cum notis ponit. Item scripsit *Tripartitos Ordinis sui Carm. Annales*, in quibus omnes Ordinis annui progressus, ab *ELIA* primo Patre & Fundatore vsq; ad *S. Ioann. Baptistam*, & à *Ioan. Baptista* vsque ad Ordinis confirmationem, accuratè cum *Sanctorum* eiusdem Ordinis vitis delineantur, &c.

Petrus VVastelius Belga, edidit *Apologiam pro IOANNE XLIV. Patriarcha Ierosolymitano*, eiusq; *sancti-*

sanctitate & in Carmelo monachatu. Item scripsit Promontorium Carmeli, id est, de Ord. sui antiquitate &c.

Philippus à S. Iacobo Hispanus, emisit in lucem Illustrium Scriptorum, & virorum sanctitate & sapientia celebrium, à tempore magni vatus ELIÆ Catalogum. Item scripsit Chronicon sui Ordinis, sed præpeditus communi mortalitatis debito, in lucem edere non potuit. Floruit an. 1594.

Philippus Ribottus Hispanus, edidit de Ordine suo Carm. libros x. in quorum I. agit, de prima Ordinis institutione. In II. de primis eius fundatoribus & professoribus. In III. de locis monasticis. In IV. de Rectoribus eorum & qualiter vixerint antiqua legis Monachi. In V. à quibus fuerint baptizati Carmelita antiquiores & quis eos ad legis gratia notitiam adduxerit. In VI. quare dicantur Fratres B. MARIÆ Virg. de monte Carmelo. In VII. de habitu & eius mutatione, ac antiquitate Ord. Carm. In VIII. de Scriptoribus Regula ac declaratione eiusdem. In IX. de ædificatione monasteriorum Prouincia Syria, & de perditione Terra sancta. In X. de Protectione, exemptione & confirmatione Ordinis. Præterea, teste Trichemio, scripsit de Viris illustribus Ord. sui, lib. 1. Obijt an. 1391.

Philocalus Caputus Italus, edidit præter alia, quoddam opus inscriptum Mons Carmelus, in quo de Ord. sui institutione, sanctis, priuilegijs & alijs ad illum attinentibus pertractat.

Raymundus de Insulis, Prior Generalis Carm. scripsit Apologeticum opus pro Ord. suo. Claruit an. 1297.

Richardus Blitonius Anglus, Doctor Sac. Theologiae Oxoniensis, Ord. sui per Angliam Prouincialis. Vir fuit, teste Pitæo, integritate vitæ, & singulari doctrina clarus, quiq; cum præstantissimis sui sæculi concionatoribus, merito erat conferendus. Eius eloquentiam, feruorem & zelum in sermo-

nibus publicis sæpè admiratus Angliæ Rex Edwardus secundus, hominem vehementer amare & colere cœpit, eumq; tandem sibi à confessionum secretis fecit. Scripsit præter alia multa de *Privilegijs sui Ordinis & aliorum Mendicantium* lib. 1. Cuius initium est, *Cum sanctissimus Pater*. Obijt tandem ætate decrepita Lincolnia an. 1334.

Richardus Lauinghamus Anglus, S. Theol. Doctor & Professor publicus Oxoniæ. Illum Lelandus & alij Angliæ Scriptores miris effereunt laudibus. Fuit enim subtili ingenio, fluente eloquio, acri iudicio. Ad quas naturæ dotes, cum accessisset multiplex scientia, & doctoralis Authoritas, domitorisque celeberrimus effectus est. Eius tempore *VVicleffi* hæresis in Anglia, & *Lollardorum* in Bohemia cepit inualescere, omnem ordinem pervertere, Leges & Reges, Deum etiam & Sanctos contemnere & vilipendere: in quorum erroribus refutandis, & præcipiti audacia comprimenda multum adhibuit industriæ, magnos pertulit labores, insignem demonstravit doctrinam, incredibilem ostendit zelum, ingentem denique fecit fructum. Hos tanquam iuratos Dei inimicos, & capitales Ecclesiæ hostes, perfecto odio odit, hos disputationibus publicis frequenter oppugnauit, imo viriliter expugnauit. Hos in Concionibus vehementer agitauit. Hos libris, scriptisque euidenter confutauit, condemnauit, profligauit. Quibus nominibus mirum in modum charus erat Regi *Richardo II.* cui fuit à confessionum secretis, uti & *Simoni Sudberio* Cantuariensi Archiepiscopo. Emisit in lucem copiosum librorum numerum, inter quos extat de *Fundatione Ordinis sui Carmel.* lib. 1. Claruit an. 1381.

Robertus Balans Anglus, scripsit *Historiam magni uatis ELIÆ Ord. sui fundatoris. Officium S. SIMONIS Angli Carm.* *Annales Ord. sui ab anno Orbis conditi 4186. usq; ad seculum suum.* Et alia his similia. Obijt Burnhamiæ an. 1503.

Robertus Ormeskircus Anglus, S. Theol. Doctor Oxoniensis, edidit contra quosdam obrectatores librum, pro Ord. sui dignitate atq; etiam antiquitate propugnanda, vbi probavit suam Regulam in monte *Carmelo*, & ab ipso *Elia Thesbite* originem sumpsisse. Titulum operi præfixit: *Propugnaculum seu defensorium Ordinis Carmelit.* incipit, *Romani Pontificis & iura Can.* Obijt Oxonij circa an. 1382.

Sibertus de Beka Teutonicus, scripsit considerationes super Regulam Ordinis sui Carm. lib. 1. Et alia per multa. Viuebat an. 1310.

Simon Gallus Lusitanus, edidit Vlyssiponæ anno 1572. *Chronicon Ordinis sui.* Item *Commentaria in Regulam S. Alberti Patriarchæ, & Apologiam pro Carmelitis.*

S. THERESIA à IESU, *Carmeli Restauratrix* scripsit *Fundationes suorum Monasteriorum* lib. 1. Et alia quædam, in quibus cœlestis eius sapientia manifestè relucet.

Theutonicus Lusitanus, scripsit *Epigrammata de laudibus Ord. Carm.* atque *illustrium eius Scriptorum;* & alia non pauca. Florebat an. 1572.

Thomas Aquinas à S. Ioseph Gallus, edidit Parisijs de *Patriarchatu Elia* lib. 1. In quo celeberrimi Ord. Carmel. Patriarchatus sanctiss. vati *Elia* eius parenti tam historicè, quam Theologicè vendicatur; & è re nata Principatus totius monastices eidem Prophætæ adscribitur, & potissima illius decora illustrantur ex SS. Patribus. Item lib. *Apologeticum pro virginitat. S. Elia.* Aliud quoque opus, de *Scapulari eximij Deiparæ Augustissima in Ordinem Carmelit. amoris tessera*, libr. III. In quorum primò agitur de donis vestimentorum in amoris tesseram, ex omni litteratura sacra, Ecclesiastica, profana. In secundò de varijs vestibus, quas Deipara amatoribus suis largita est. In tertio de dono Scapularis, varijsq; eius circumstantijs. Complura alia edere parat.

Thomas Bradleyus Episcopus Norwvicensis, scripsit elegans opus de *Origine Ordinis sui Carmel.* incipit *Isaias Propheta.*

Thomas à Iesu Carm. Discalceat. per Belgium Prouincialis, edidit præter alia per multa, *Salimanti- cæ* an. 1599. de *antiquitate & Sanctis Ord. sui.* lib. 11. Item *Expositionem in omnes fermè Regulas SS. Basi- lij, Augustini, Benedicti, Francisci, ac aliorum Or- dinum, præcipuè in Regulam primitiuam Carmeli- tarum.* Hic Vir, (teste P. Leone a S. Ioanne, Iacobo Saliano, Ludouico Miranda & alijs) nostro æuo pari sanctimonia & eruditione Carmelum illu- strauit.

Thomas Scropus nobilissima familia in Anglia natus, claritatem generis, litteris & virtutibus plu- rimum illustrauit. Fuit primum ordinis S. *Benedicti* Monachus, quam regulam, vbi satis austeram sibi non inuenit, ad maiorem aspirans perfectionem, Carmelitarum disciplinæ se submisit circa an. Do- mini 1430. duxit autem vitam in austeritate penè incredibile, populo diligenter prædicans, non ver- bo solum, sed etiam exemplo; extra prædicatio- nem ferè semper cella conclusus. Illum *Euge- nius IV.* ad Dromorensem in Hibernia Episcopa- tum erexit an. 1446. & paulo post in legatione ad Rhodiensis misit. Quantæ autem fuerit doctrinæ, quantoque honore & amore ordinem suum profe- cutus fuerit, ex eius scriptis facile apparet. Nam præterquam quod decem libros *Philippi Ribotti* Catalani de *peculiaribus Carmelitarum gestis*, in anglicum sermonem transtulerit, & *Cyrillo Gar- landio* sui cœnobij Priori dedicauerit, scripsit etiam ad *Ioannem Blacneum* Ord. S. *Benedicti* monachum valde copiose de *antiquitate, dignita- te, & varijs laudibus Ordinis Carmelitani.* Item de *Carmelitarum institutione*, lib. 1. de eodem ordina ad *Eugenium Papam*, lib. 1. *Catalogum Sanctorum eiusdem Ordinis*, lib. 1. *Compendium historiarum &*

iuurum, lib. IX. de *Privilegijs Pontificum*, lib. I. Et
 eiusmodi alia plura. Anno tandem ætatis suæ plus
 minus centesimo in Suffolcensi comitatu viuendi
 finem fecit die 15. Ianuarij an. 1491. non sine san-
 ctitatis opinione.

Thomas Waldensis Anglus, Vir omnibus præ-
 stantioribus animi dotibus, omnibus virtutibus
 præditus & multiplici doctrinæ varietate instru-
 ctus; absoluit enim planè omnibus suis numeris
 illum, quem bonarum litterarum orbem appel-
 lant; consummatus plane Philosophus, consumma-
 tus adeo Theologus. Cuius rei luculento sunt do-
 cumento, insignes illi libri, quos in Aristotelem,
 quos in sacram Scripturam & contra pestifera illis
 temporibus dogmata in *Anglia & Bohemia* gra-
 santia, summa diligentia & incredibili penè labore
 accuratissimè contexuit. Doctrinæ suæ magnitudi-
 ni, totius Christianæ pietatis singulari præstantia
 adeo respondit, vt nescias vtra vtri præponderet.
 Amplissimos honores sæpè oblatos, euangelicam
 paupertatem amplexus, constantissimè recusauit.
 Hunc Illustriss. ille Rex *Henricus V.* diuinas homi-
 nis dotes admiratus, in oculis præ cæteris habuit:
 hunc potissimum ad Pisanum Concilium, quo de
 schismate abolendo, & Ecclesiæ pacificatione age-
 batur, Rex mandauit. Vbi ad schismatis abolitio-
 nem coram Summo Pontifice, *Sigismundo* Impe-
 ratore, ac magno Cardinalium atque Episcoporum
 numero luculentam orationem habuit, & accura-
 tissimè atque solidissimè omnia firmamenta, qui-
 bus *Gregorij & Benedicti* schisma nitebatur, confu-
 tauit, prostrauit, & euertit. Reuersus Ordinis sui
 Prouincialis designatus est. Eumq; mox in sacra-
 tius suum consilium *Henricus* legit, vt nihil maioris
 momenti, in re sacra aut profana inconsulto *Tho-
 ma* obiretur. Legatus deinde a Rege ad Constan-
 tiense Concilium, vbi præclarè suis partibus fun-
 ctus est, atque ad *Ladislaum* Poloniæ Regem &

Michaëlem Prussiae Magistrum, ut eos dissidentes in gratiam mutuam reuocaret. In qua legatione *Vitoldum* Lituaniae Ducem, ad Christum cum populo traduxit, posuitque ibi cum alios omnis Ordinis, tum & suae disciplinae homines, qui sementem euangelicam ibi iactam, ad maiorem maturitatem prouerent. Apud se eum postea quasi unicas delicias *Henricus* Rex retinuit, nec non nisi aegre à suo latere dimisit, in cuius quasi sinu moriens animam efflauit. In magna etiam gratia fuit apud *Henricum VI.* ei que adhuc pene puero fuit a sacris confessionibus: pro cuius postea coronatione solemni Parisijs peragenda, missus in Galliam, *Rothomagi* diem claudit extremum die 3. Nouembri an. 1430. sunt qui tradunt eum, post obitum Pontificio decreto *Diuorum Albo* ascriptum. Illum *Martinus V.* *validum Ecclesiae enses* nuncupare consuevit. *Andreas Vega* Ord. S. Francisci de obseruantia, *Doctor Salmantinus*, in suis opusculis de iustificatione, eum vocat *insignem haesum Wicleffi impugnatores*. Et *uberrimum FONTEM* ex quo hauserunt bonam argumentorum suorum partem, penè omnes, qui contra sectam Lutheranam scripserunt. Similia scribunt de illo *Trithemius Abbas*, *Sixtus Senensis*, *Nicolaus Aurificus* & alij. *Alphonfus à Castro* testatur eum ita omnes errores *Wicleffianos impugnasse*, ita fidem orthodoxam defendisse, ut ex multis qui in utroque laborauerunt, nemo uberior, neruosius, solidius utrumque prestiterit. Scripsit incomparabilis hic Vir, multa de Ordinis sui *Carmelit. institutione, Fundatoribus &c.*

Valerius Ximenez ab Embun, ex monacho Carmel. Episcopus Algarensis, scripsit *Stimulum Carmeliticæ deuotionis*, lib. 1. *Formam instituendi Confraternitatem sacri Scapularis*, lib. 1. *Notationes in Regulam S. Alberti Patriarchæ pro Carmel.* lib. 11. *Eruditissima Commentaria in sacras Carmelitarum constitutiones*, lib. 1. de *Viris illustribus Ord. sui*, lib. 1. Et alia quædam.

Wal-

Walterus de Terra noua Normannus, scripsit vitam B. P. Ioannis Soreth Prioris Generalis Carmelitarum. Florebat an. 1461.

AVTHORES EXTERI.

Abraham Bzouius Dominicanus, in suis Annalibus multoties agit de Carmelit. Ord. eiusq; sectatoribus.

Ægidius Camartus Ordinis Minimorum Generalis, edidit egregium opus, inscriptum, *Elias Thesbites, siue, de Rebus Elie propheta Carmelitana Religionis Patriarcha*; in quo de ipsius ELIÆ origine, persona, nomine, patria, officio, Religione & alijs, pleraque scitu digna eruuntur, disputantur, constituuntur.

Andreas Duualius Sac. Theol. Professor Regius & Decanus Sorbonicus, scripsit vitam Ven. MARIÆ ab incarnatione Carmelitana Excalceat. libr. III. quorum primus continet vitæ historiam. Secundus heroicæ illius virtutes. Tertius miracula & apparitiones post mortem. Excusus est hic liber pluries in diuersis Prouincijs. Item compendio scripsit præclaram vitam, raras virtutes, & scælices obitus aliarum quinque sanctimonialium eiusdem Ord. Carm. Discalc. videl. Sor. ANGELICÆ à SS. Trinitate, Sor. ANNÆ à Iesu, Diuionensis, S. GENOUERÆ à S. Dionysio, S. MARIÆ à SS. Trinitate, & S. MARIÆ à Misericordia.

Angelus Manrique Generalis Ord. S. Bernardi Sac. Theolog. Professor & Cathedraicus vespertinus in vniuersitate Salmanticensi, edidit vitam Ven. M. ANNÆ à IESV Metinensis S. Theresia Sociæ, & in propagatione sui Ordinis Coadiutricis, Bruxellensis cœnobij Priorissæ, admirabili prudentia & sanctitate celebris. Prodiit hoc opus in octo libros diuisum, idioma Hispanico & Gallico Bruxellis.

Antonius Possuinus Societatis IESV, in suo

Apparatu sacro quamplurimos refert Ord. Carmel. illustres Scriptores.

Chrysofomus Enriquez historiographus generalis Ord. S. Bernardi conscripfit lib. IV. vitam Ven. M. ANNÆ à S. Bartholomao, S. M. THERESIÆ Comitissæ indiuiduæ, Antuerpiensis Monasterij Priorissæ, ac ultra centum miraculis ab Ordinarijs approbatis claræ. Inter cætera urbem Antwerp. & eiusdem arcem, sua intercessione ab hostibus liberavit. In eius etiam brachijs expiravit S. M. THERESIA, quæ de ea dicere solebat: *ego fumam, sed ANNA opera habet sanctitatis.*

Carolus Fernandus Benedictinus, Orator, Poeta, Philosophus atque Theologus præstantiss. scripsit præter alia permulta, *Laudes Ordinis Carmelitarum*, lib. I. Floruit an. 1490.

Carolus Tapiam video ab alijs citari.

Dominicus Graulina Ord. Prædicat. in voce *Turturis* & alijs suis operibus plurimum commendat Ord. Carmel.

Didacus Iepesius Episcopus Turiasonensis, Philippo II. Hispaniarum Regi à S. Confessionibus, edidit ingens de *vita, gestis, sanctimonialia, virtutibus & miraculis Seraphicæ Virg. & Matris THERESIÆ, Carmeli Restauratricis*, volumen, in quatuor libros diuisum; in quo luculenter agit de Ordinis Carmel. Reformatione & fundatis à S. M. THERESIA monasterijs. Idem præstitit Doctissimus Pater *Franciscus de Ribera* Societ. IESV, lib. V. de his editis.

Erardus Carthusianus in suo *Fasciculo temporum* multa tradit de Ordine Carmelitarum & Sanctis eius.

Franciscus Suarez Societ. IESV, eximius Theologus, Tom. 4. de Religione lib. 2. de varietate Religionum in specie, cap. 2. agit de Sacro Carmelit. Ord. eiusq; origine & institutore; inter alia autem hæc habet: *Est autem valde recepta & satis antiqua*

traditio, Religionem Carmelitarum, à temporibus Prophetarum & signatim ab Eliæ institutione suam ducere originem & quasi hæreditariam successionem in monte Carmelo, à quo nomen etiam accepit; quam traditionem ut veram suscipimus, &c.

Gasspar Sanchez Societ. IESV, de eodem sacro Ordine egregiè differit in doctissimis suis Commentarijs editis in 4. lib. Reg. cuius nonnulla verbalubethic adducere. Hinc (è Carmelo) ortum habuerunt antiquum & nobilem, qui nostro ævo Carmelita dicuntur, viri Religionis gloria & sanctitate conspicui. Quod ut credam, facit non solum illius Ordinis, sed & omnium penè gentium constans & perpetua traditio, &c. Sed præter traditionem, sunt alia multa, quæ ad hanc cogitationem plurimum adferunt momenti, Doctorum nimirum, non tantum ex illa religiosa Familia, quorum numerus ingens, sed & externorum, quos longum esset enumerare, grauis auctoritas; & tam veteres, quam recentes Historia & Ordinis antiqua monumenta. Accedit ad hæc Summorum Pontif. iudicij grauissimum pondus, qui sacrum hunc Ordinem ab Eliæ disciplina atq; instituto exordium habuisse testantur, &c.

Gilbertus Genebrardus, Ord. S. Benedicti monachus & Aquensis Archiepiscopus, ab alijs adduci solet.

Guilielmus Eisengrenius Germanus, in sua Ecclesiast. Historia scribens contra Centuriatores Magdeburg. Centenario primo, distinct. & titul. de Religionibus & monastica vita cultoribus, specialiter agit de monachis Carmelitis tempore Prophetarum; & ibi inter alia tradit, S. Eliam prophetam primum fuisse Carmelitam. Item S. Elisaum fuisse Carmelitam, principemq; Eliadum, id est, Carmelitarum. Et postquam aliqua attulit testimonia, ad probandum, ordinem Carmelitarum, tempore Prophetarum floruisse, infert contra Centuriatores: En quam antiquus sit Ordo B. MARIÆ Virginis.

Itemq;

Itemq; in alio suo opere, quod inscripsit, *Catalogus testium veritatis*.

Jacobus Philippus Bergomensis, Augustinianus, ab alijs citari solet.

Jacobus de Plebe Ord. Seruorum, edidit *Catalogum illustrium Scriptorum Ordinis Carmelit.*

Jacobus Salianus Soc. IESV, luculenter descripsit in suis *Annal. Ecclesiast. veteris Testam. Tom. iv.* vitam & res præclare gestas S. ELIÆ Prophetæ facti Carmelit. Ordinis institutoris: item S. *Elisæi* eius discipuli, aliorumq; Prophetarum Ordinis huius sectatorum.

Ioannem Baleum Anglum, hæreticum, liceat hic nominare; nimirum ut à scriptis eius venenatis quisque sibi caueat. Edidit is *Catalogum scriptorum Britannia*, ex quo plurima de Carmelitis, per eruditum quempiam, cum facultate Superiorum, possent desumi.

Ioannes Castellensis Germanus, Ord. S. Benedicti, scripsit, ut autor est Antonius Possevinus, Carmelitanae Religionis historiam. Viuebat anno 1400.

Ioannes Fauentinus Franciscanorum, (ut vocant) Guardianus olim Parchiensis, in Insula Cypro, scripsit vitam S. *Petri Thoma*, Patriarchæ Constantinopolitani Carmelitæ. Claruit an. 1370.

Ioannes Molanus Sac. Theol. Professor Regius Louanij, in suis additionibus ad *Vsuardi Martyrologium* complures refert Sanctos Ord. Carmel.

Ioannes Pitseus Anglus, in suo opere quod edidit de *Illustribus Anglia Scriptoribus*, Tom. 1. copiosum numerum adducit Scriptorum Ord. Carmelit. quorum vitam & laudes breuiter recenset. Idem ante illum fecerat *Doctiss. Lelandus*, in suo *Catalogo* scriptorum Britannia. Conscripsit etiam Pitseus *Catalogum Archiepiscoporum & Episcoporum Britannia*; item *Catalogum de Apostolicis viris Anglicana nationis*: in quibus complures enumerat Carmelitas.

Ioan-

Ioannes Trithemius, Abbas Spanheimensis in Germania, Ord. S. Benedicti, scripsit de *Ortu & progressu, siue, de laudibus, & viris illustribus Ordinis Carmelitarum* lib. II. Item *Apologiam* pro eodem, & de miraculis in viticeto iuxta Heilbronnam ad inuocationem Beatiss. Virg. MARIÆ factis lib. III. in quibus permulta habet de antiquitate, Approbatione, Indulgentijs atque alijs rebus Ord. Carmel.

Iodocus Badius Ascensius, Gandensis, præter valde multa, quæ edidit, spectantia ad Historicos, & alia studia litterarum humaniorum, scripsit *Commentarios in opera Bapristæ Mantuani*, in quibus pluries agit de sacro Carmel. Ord. Viuebat an. 1495.

Iodocus Clichtoueus Neoportuensis, edidit sermonem de excellentia & laudibus Ord. Carmel.

Joseph Antiochenus, vetustissimus Auctor, scripsit librum prænotatum, *Speculum perfectæ militiæ primitiuæ Ecclesiæ*. In quo multoties de hoc Ordine tractat; atque inter alia docet Carmelitas Coadiutores fuisse *Apostolorum* in disseminanda fide Christi &c. vixit iuxta Possuinum an. 130.

Laurentius Beyerlinck, in magno Theatro vitæ humanæ lib. XVI. conscripsit *Elogium Ordinis Carmelitarum*; in quo hic Ordo commendatur ab antiquitate & Fundatoribus, à patrocinio B. MARIÆ Virg. & appellatione, à propagatione & dilatatione, à dignitate & sanctitate cultorum. &c.

Leander Granatensis Benedictinus, Præses Collegij S. *Vincentij* Salmanticæ, multa præclare scripsit de Ordine Carmelitarum & Sanctis illius.

Michaël Baptista de la Nuxa Cæsarangustanus, edidit *vitam Vener. M. Elisabethæ à S. Dominico* Ord. Carmelit. *Discalceat.* lib. IV. in quibus extimas, multarum filiarum tantæ spiritualis Matris virtutes prosequitur, cum initijs & progressibus Cœnobij illius, cui ipsa præfuit.

Nicolaus Harpsfeldius Archidiaconus Cantuariensis,

238 ORD. CARMEL. ORIGO ET INCREMENTA.
riensis, in sua *Historia Ecclesiast. Anglicana* quam plurimos adducit Carmelitas, qui sua pietate & doctrina, & suis etiam libris Orbem vniuersum, maxime vero Angliam illustrarunt.

Paulus Morigia Ord. Iesuatorum, Historiam vberem, de omnibus Religiosis ordinibus texuit atq; edidit, in cuius libro primo agit de institutione & origine Carmelit. & pluribus innixus authoritatibus, ostendit *S. Eliam* eorum fuisse Authorem.

Petrus Berullius Cardinalis S. R. E. edidit Parisijs vitam *Vener. Catharina à Iesu* Burdegalenfis, Ord. Carmel. Discalceat. illius etiam meminit *Hilarton Costaus* in *Elogio S. Terefia*, & *Martyrologium Gallicanum Sausslegij*.

Philippus Abbas Hierapolitanus, in suis scriptis multis encomijs celebrat sacr. Carmelit. Ordinem præcipuè in *Commentarijs Euangelij S. Ioannis*.

Philippus Macerius, Siculus, Regni autem Cypri summus Cancellarius, scripsit vitam *S. Petri Thomæ Carmelita*, *Patriarchæ Constantinopolitani*, lib. II. Viuebat an. 1370.

Raphael Volaterranus, Etruscus, non pauca scripsit de hoc Ordine.

Richardus Armachani Archiepisc. & Hiberniæ Primatis extat præclarum de Carmel. Ordine Elogium.

Sigebertus Gemblacensis, Monachus Ord. S. Bened. solet ab alijs citari.

Vincentius Puccinius Italus, edidit an. 1609. vitam *B. Mariæ Magdalena de Pazzis Florentina*, Ord. Carmelit. in sex partes diuisam; quarum duæ primæ continent vitæ eius historiam, Reliquæ sublimæ & cœlestes doctrinas, quas Deus in ecclasi illi communicare solebat, &c. Sunt & alij permulti, qui de Rebus antiquissimæ & celeberrimæ Carmelit. Religionis scripserunt, quos consultò breuitatis gratia transeo.

(***)

DE
SACRA ANTI-
QUITATE ORDINIS
GLORIOSISSIMÆ DEI
GENITRICIS SEMPER VIRG. MARIÆ
De monte Carmelo.

Sive

Fratrum B. MARIÆ Virginis

Tractatus Duo,

QUORVM PRIMVS ORIGI-
nem & laudes eius recenset : alter
quorundam sequiùs senten-
tium obiectiones
refellit.

Authore

R. P. F. IOANNE DE CARTHAGENA
Ord. Minorum de obseruantia.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud IODOCVM KALCKOVEN,

ANNO MD. CXLIII.



VENERANDIS PATRIBVS CAR-
 melitis Discalceatis, Magni vatis ELIÆ
 Filijs, DEIPARÆ Virginis MARIÆ
 Fratribus, perfectiorisq; vite Aemula-
 toribus, DEI seruis, cum gratia diuina
 incremento perseuerantiam
 in bono.

IOANNES HEMELARIVS Canon.
 Antuerpiens.

Venerandi in Christo Patres,

QUOD ad Sodomam & finitima cir-
 cūm loca vltore cœli us igne subuer-
 tenda missi Angeli Patriarchæ Lothi
 præcepere; *Salua animam tuam, noli respicere
 post tergum, nec stes in omni circa regione: sed in
 monte saluum te fac ne & tu simul per eas: id
 quidem omnium Dei famulorum auribus
 insonuisse, Spiritu sancto dictante, iam
 olim videtur: vt ad certiozem animarum
 suarum salutem, & bonorum operum in-
 crementa, dimissis semel pro amore Dei
 vanitatibus, & secularibus desiderijs, post
 tergum non respicerent, nec in peccantis
 promiscuè circumcirca populi regione sta-
 rent: sed in montem contemplationis, & in
 soli-*

solitudinis sacræ secreta se subducerent, ne
 multitudinis exemplo & contagio in erro-
 rem abrepti & iacturam salutis facerent, &
 debitis peccantium pœnis inuoluerentur.
 Hinc ille ante legem sancti *Enoch* cum Deo
 ambulatio. & quia ei placuerat, vltra non
 apparitio: hinc illa *Abrahe*, ad terram Visio-
 nis & ad montem à Deo monstratum pro
 sacrificio obedientiæ præstando ablegati,
 profectio: hinc illa *Isaac* solitaria per viam,
 quæ ducit ad puteum *Viuentis* & *Videntis*, ad
 meditandum in agro egressio: hinc illa *Moy-
 sis* ad legem Dei populo ferendam quadra-
 ginta dierum in montem secreta & subdu-
 cta secessio: hinc illa *Elie* Patriarchæ vestri
 per auia solitudinum ad montem Dei pene-
 tratio, eiusque visio: hinc eiusdem apud
 montem vestrum delecta commoratio: hinc
 deniq; sublimiorum *Christi Domini* operum
 transfigurationis, sermōnationis de bea-
 titudine, discipulorum electionis, agonis,
 passionis & ascensionis, in montibus sanctis
 facta designatio: vt ad sublimitatem actio-
 nis ostendendam, & commendanda myste-
 ria mons plerumq; selectus fuisse videatur.
 Pari omnino ratione & modo, vestro huic
 à contagione vulgi secreto, & subducto
 sublimioris vitæ Instituto aptissimus, & de-
 dicatus à multis retro seculis sacer *Carmelus*
 mons vester apparuit; quippe vbi & sele-
 ctior olim portio gregis & seruorum Dei,

Q

Elia

Elia magno potissimum, & *Eliseo* auctori-
 bus, diuinorum meditationi dicatas sedes
 fixerit, & circa Saluatoris aduentum veritas
 redemptionis humanæ primum apud ser-
 uos Dei per discipulorum prædicationem
 innotuerit, & mox ipsa Dei mater, post
 ascensionem Domini ad cœlos, in secreta
 silentio solitudinis cœlestibus sese sæpè me-
 ditationibus exercuerit, & ipsiusdem Dei
 matris per prophetarum oracula, & per mi-
 racula manifestata mundo dignitas cultus
 & venerationis debitæ principium inuene-
 rit. Hanc *Carmeli* Carmeliticiq̃e instituti
 olim nobilem Antiquitatem, ortumq̃e, &
 incrementa, titulumq̃e, quo iam tunc in
Deiparæ Virginis *Fratres* adoptati estis (re-
 florescente nostro hoc seculo, per B. vir-
 ginem *TERESIAM*, Ordinis vestri rigore, &
 gloriâ) quidam vel imperitiâ vel liuore du-
 cti, obtrectatione premere nuper in ani-
 mum induxerant: etsi conatu irrito, dum
 iactata virtus & gloria ventilata clarior e-
 mergit. Sed obuiam iuit, zelo veritatis im-
 pulsus, non partium studio, quarum ipse
 non erat, venerabilis Pater *Ioannes Cartha-*
gena, qui sacram Antiquitatem Instituti
 Carmelitici non obscuris testimonijs com-
 probauit, aduersantiumq̃e obiecta egregiè
 confutauit: cuius eò præconia solidiora
 censerentur debent, quod in alterius Ordinis
 castris ipse militans, nihil hîc gratiæ, nihil
 philau-

philantia dedisse cenferi potest. Sed hæc
 eius dissertatio, quia maioris operis volu-
 minibus inserta ad paucorum manus per-
 uenisse videbatur, bonum factum putau-
 mus, separato eam hoc libello ad plurium
 usum & commoditatem denuo euulgare,
 vobisque primitus ab auctore elaboratum,
 vobis reddere: qua (grauissimo vestræ con-
 uersationis exemplo insuper accedente)
 tum honor Ordini debitus non intercidat,
 tum sancti Instituti amor in multorum ani-
 mis felicius, & oportunius propagetur.
 Boni consulite, & lucem caliginoso sæculo
 dictis factisque vestris, cum Deo fauente,
 feliciter diffundere perseuerate.

Q 2

In Lau-

*In Laudem Carmelitanae Religionis Re-
formatae, & ad primaeuam institu-
tionem redactae Parodia
Horatiana.*

BEatus ille qui procul negotijs,
 Vt sancta CARMELI cohors,
 Poli viveta spiritu exercet suo,
 Solutus omni crimine:
 Nec excitatur classico cupidinum,
 Nec horret alta culmina:
 Mundumq; vitat, & superba civium
 Mundo dicata limina.
 Ergo aut adulta spiritus propagine
 Vocis maritat canticum:
 Aut in reducta sede poenitentium
 Restaurat inuias vias:
 Pravasq; VERBI falce curas amputans,
 Feliciores inserit:
 Aut sacra castis dicta condit cordibus:
 Aut curat infirmas oves:
 Vel, cum pium claustralibus septis caput
 Selectior quis intulit;
 Vt gaudet insitiua spectans germina,
 Certantem & impetum Angelo?
 Quo muneretur, Christe, te, & te Spiritus
 Coelestis auctor consili.
 Libet iacere modo sub horrenti specu,
 Modo auia sub arbore:
 Labantur vt securius genis aqua
 Eantque singultus polo,
 Praesque cor fundat, labris silentibus,
 Quae gratiam euocet Dei.
 Aut cum tonantis aspera ira Numinis
 Minacius fulmen quatit,

Quo trudad hinc & hinc Stygis multo cane
 Rebellium gregem in plagas:
 Aut cum comata stella portento horrido,
 Virgas flagellaque expedit:
 Aut cum amite leui Satan tendit retia,
 Turbis sequacibus dolos:
 Nouissimorum corda percellens metu,
 Captat salutem gentium:
 Clamat, tonat, rogatque, dum mens saxea
 Lique scat ad frugem bonam.
 Quis non malarum, quas caro curas mouet,
 Hac inter obliuiscitur?
 Quod si pius sodalis in partem iuuet
 Vita ardua conamina.
 (Tu, Maure, qualis, vel subacte Didace,
 Spretorve vita Anastasi)
 Aram & dicatis instruat donis sacram,
 Ipso hostia vt fiat Deo:
 Iungensque paruis cellulis magnos viros,
 Silentijs aptet sacris:
 Aut peruigil citet quieto tempore,
 (Dum cuncta nocte conticent)
 Ad excubandum pro salute publica
 Ad accinendum Numini,
 Ad demerenda blandiente cantico
 Celestium suffragia:
 Panem aut canistris, & lagunculis aquam
 Dapesque, inemptas apparet:
 Vt poma & herbas, fructuum & simplex genus
 Fami suauē prandium;
 Non me Anglicana iuuerint conchilia,
 Magisve salmo, vel scarus:
 Non phasidis descendat in ventrem meum
 Turdiue, perdicum aut caro
 Iucundior, quam vel leguminum genus,
 Vel pastinaca, & intyba,
 Siluestre melue, quo Baptista pastus est,
 Radiculae stirpium.

Huiusce praevita casis, & cellulis,
 Centunculisque, & lectulis
 Excelsa non me iuverint palatia,
 Aurumue, gemma, & unio:
 Quaeque alia Eois iactitata fluctibus
 Rates ad hunc orbem inuehunt:
 Non tincta cocco & texta Miletī chlamys,
 Non fila Serum mollium
 Honestiore contegant nudum stola,
 Quam vilia agni vellera.
 (Natiuus ut distinxerit lanam color)
 Fusca intus, extra candida:
 Pedisquē nudi gressus expeditior,
 Euangeli ut legem ferat.
 Hos inter habitus ut iuuat pios Patres
 Audire psallentes Deo!
 Audire celsa dicta, verba & ignea
 Sacro emetiri pectore?
 Videre vernas, caelica examen domus,
 Parere & obsequi haud rudes,
 Suauē Christi, aut horridum mundo iugum
 Collo trahentes impigro,
 Laboriosa & occupando munia
 Implere iussa praesidium:
 Videre zelo corda fundi feruido
 Termaximi in cultum Patris:
 Gemituq; pasci, & mollibus suspirijs
 Spem suscitare languidam:
 Videre, vultus saepe tolli ad aethera,
 Perenne iustorum solium:
 Hac si quis audis, lectiore qui luto
 Efficta habes praecordia,
 Generosioris cuiq; vena sanguinis
 Lauā mamillā subsilit,
 Omnem releges indigis pecuniam,
 Habitumq; mendices sacrum.

Sacri Instituti admirator & venerator
 IOAN. HEMELARIUS Canon. &c.